habebit. **Hic** gratia et in futuro gloria eterna. Hanc etiam necessitate innuit beatus augustinus in quadam omelia de festiuitate corporis christi sic inquit. Dedit se nobis saluator in pabulum ut quia homo pro cibum in morte conuerteret: ergo necessarium fuit ut ipse pro cibum releuaretur ad vitam. cecidit homo pro cibum ligni mortiferi: releuatus est pro cibum ligni vitalis: in illo ligno pepedit esca mortis: in isto autem vite alimentum: illius esus intulit lesionem: istius gustus attulit sanitatem: gustus istius sauciauit: gustus autem illius curauit. ut unde vulnus est exortum inde medela prodijt. et vnde mors subiit inde et vita venit. De illo gustu dicitur. Quacumque die comederitis ex eo morte moriemini. si quis autem manducauerit ex hac carne viuet in eternum. Secundo necessitas huius sacramenti apparet ex hoc quia nulla salute potest consequi anima sine huius salutiferi cibi susceptione debita: teste remi. sic dicente. nulla nobis salus corporis et anime: absque christi carnis et sanguinis susceptione. quia ut inquit richardus de sancto victore. In hoc sacratissimo sacramento christi videlicet corpe et sanguine: tanta consistit salus anime ut omnem gratiam quam habet homo sibi christi sacramento tribuit. cui alludit venerabilis beda in hec verba. Omne quod donum celestis gratie sancta eucharistia mediat. Quia secundum beatum bernardum. in tractatu suo de contemplatione et corporis christi manducatione. manducati permittit vita superna atque beata. in qua est gaudium sine merore. requies sine labore: dignitas sine tremore: opes sine amissione sanitas sine languore: habundantia sine defectu: vita sine morte perpetuitas sine corruptione: beatitudo sine calamitate: ubi omnia bona in caritate perfecta: ubi spes et visio faciei ad faciem ubi plena scia in omnibus et pro omnia: ubi summa dei bonitas cernitur: et lumens illuminans a sanctis glorificatur: ubi maiestas dei conspicitur: et hoc cibo sine defectu mens intuitum faciat. hec ille. Tertio necessitas huius sacramenti ex hoc apparet. quia sine hoc sacramento corpori christi mystico non possumus incorporari. postea patebit cum de effectibus huius sacramenti dicetur. Per hoc etiam sacramentum via nobis prebet ad vite eterne ingressum quo circa viaticum nominatur quia prebet viam illuc veniendi. scilicet ad eternam patriam et fruitionem diuine maiestatis quam prelsignat. Cum dicimus in quadam collecta. Fac nos quesumus domine diuinitatis tue superna fruitione repleti: quam preciosi corporis et sanguinis tui temporalis perceptio prefigit

rat. Et in quadam psalmo sic canit ecclesia. Ecce panis angelorum factus est cibum viatorum etc. per hoc denique sacramentum gratiam non solum ad partem: sed ad plenitudinem veraciter attingimus. Cum eucharistia dicitur. id est bona gratia. Quid enim melius corpore et sanguine ihesu christi. vnde bernardus. Panis iste pro excellentia eucharistia dicitur. id est bona gratia. In hoc enim sacramento non solum gratia sed et iste a quo omnis gratia fluit continetur. Et idem dicit ambrosius.

Capitulum. vii. de diuersis nominibus huius sacramenti.

Sia in precedenti capitulo sunt tacta aliqua nomina huius sacramenti. ideo sciendum est quod hoc sacramentum in scriptura sacra diuersa nomina inuenit habere. Dicitur. n. quod missa et hoc quadruplici ratione. Primo ratione angelorum quod sibi mittitur. ut de consuetudine. dist. ij. ca. quod si sanguis. Secundo ratione filii quod sibi mittitur ad deum patrem. Tertio ratione nostri quod pro ministerio sacerdotis quod mediatoris vice fungit inter deum et homines. vota nostra mittimus et preces deo fundimus ut deus nobis sua mittat gratiam et benedictionem. Quarto ratione assistentium. scilicet cathecuminum quod foras mittebant antiqui in ecclesia primitiua. ut dicit hugo. Tunc diaconus lecto euangelio solebat clamare. exite cathecumi: quia sacerdos secretum incipit. Ratio autem huius expulsiouis erat: quia illi erant sine sacramento baptismi quod omnibus alijs sacramentis est premittendum. Secundo dicitur eucharistia pro excellentia: ab eo quod est bonum: et karisma gratia quasi bona gratia. quia in hoc sacramento non tantum est augmentum virtutis et gratie sicut in confirmatione: sed ibi christus sumitur totus: perfectus et integer in corpore et anima et deitate. quod est finis et origo totius gratie. ut inquit magister in. iiii. sen. dist. viii. Etiam quia continet illum in quo est plenitudo gratie. quia corpus christi et sanguinem. Et quod melius corpe et sanguine christi: ut dicit. i. q. i. ca. multi secularium. Et iohannes. i. dicitur. De plenitudine eius omnes accepimus gratiam. Tertio dicitur hostia. de quo in psalmo. Dirupisti domine vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis. ps. cxv. Et secundum ysidorum. Hostia dicitur ab hostibus vincendis: sicut victima dicitur a victis. Cum antiqui antequam ierant ad bellum faciebant deo sacrificium et hoc vocabatur hostia

sed quia vicerunt iterum fecerunt sacrificium: et hoc vocabatur victimam. Quia ergo nos hoc sacramentum offerimus ad vincendum inimicos. scilicet demones. ergo merito dici potest bestia. Quarto vocatur immolatio. et secundum ysidorum dicitur ab in et moles: quia in mole altaris sacrificabatur. Et quia hoc sacrificium debet fieri in altari. ideo immolatio proprie dici potest. Tunc per ymmola deo sacrificium laudis. ps. xlix. Quinto appellatur communio. id est communis esca. Comunicare. n. secundum papiam: id est quod simul participare. Et quia omnes de uno pane et de uno calice participamus: ideo merito communio dicitur. vel dicitur communio eo quod Christus se nobis communicat in isto sacramento. vel a communitate. quia communis est omnibus. Sexto dicitur viaticum quod id est quod vivens in via necessitatis secundum huguicodem. Et quia iste cibus datus est nobis in via. iuxta illud Joba. vj. caro mea vere est cibus: et est necessarium ad salutem: et ad perventionem ad terram nostram: quia nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem. non habebitis vitam in vobis. ideo pro parte et huius viaticum dici potest. Et figuram illius habemus in. iij. regum ubi dicitur. quod angelus domini portavit panem subinericium. et vas aquae dicens. Surge et comede. gradus enim tibi restat via. Et subdit. Et ambulavit in fortitudine cibi illius: quadraginta diebus et quadraginta noctibus usque ad motum dei oribus. Ita et nos viatores de partibus exilii peregrinatione ad supernam patriam beatam visionem et mansionem tendere debemus. Septimo appellatur sacrificium. quod secundum beatus gre. in ca. nonne multi secularium. j. q. j. dicitur quasi sacrum officium: vel quasi sacrum factus quia per mystica consecrat per nos in memoria domine passionis. Et secundum eundem ibidem dicitur mysterium. eo quod secreta et recondita habet dispensationem. id est virtutem et gratiam a deo dispensatam et collatam secundum gloriam. ibidem. Octavo vocatur actio. quia sicut habetur de consuetudine. dif. j. ca. leo papa vocat sacrificium missae actionem cum dicitur. quod missa est quaedam actio: quae fit per modum cuiusdam cause. Nam hic habemus locum oratorum. index est deus. accusator diabolus reus est populus: testis est propria conscientia. sacerdos defensor et advocatus. ut dicit beatus ambrosius in oratione: sume sacerdos etc. qui inquit. me peccatorem inter te et eundem populum meditatorem esse voluisti. Dicitur etiam metalipsis in greco: quod est assumptio. in latino. eo quod per hoc sacramentum assumimus filii divinitatem.

Capitulum. vij. de modo sumendi illud sacramentum.

¶ Oculi digne accedere ad hoc venerabile sacramentum necesse est iuxta doctrinam apostoli ad cor. xj. homo seipsum probet et sic de pane illo edat. Quod dictum tractatus be. thomae de aquino in tertia parte sue sume sic dicit. probet homo seipsum. id est probet examinet et purget. probet: per cordis contritionem oris confessionem et debitam satisfactionem. Examine an habeat sanctitatem in corde. veritatem in ore. perfectam conversationem in opere: purget a vana gloria intellectum: a vana cupiditate affectum sensum a rebellione per inobedientiam intellectum. et sic a seipso probatus ad summi regis mensam accedat. Modum autem accedendi dicere possumus ex esu agni paschalis. exo. xij. comedebant enim iudei agnum paschalem accinctis renibus cum azimis panibus calciatis pedibus baculos habentes in manibus cum lactucis agrestibus et festinanter. Per primum figuratur puritas castitatis. unde luce. xij. Sint labii vestri precincti et lucerne etc. Per secundum vero intelligitur carentia corruptionis peccati maxime mortalis. quia secundum beatus gregorius. azima sumus: si a corruptione peccati sumus alieni. Per tertium designatur affectus devotionis. De quo in canticis. quae pulchra es in calciamentis tuis filia principis. Per quartum figuratur memoria domine passionis. unde iacob patriarcha dixit. In baculo pertransivi iordanem istum. Per quintum innuitur amaritudo contritionis per peccatis. unde ps. lxxix. Libabis nos pane lacrimarum. Per sextum monstratur propitudo bone voluntatis. Ex his igitur iam dictis. scilicet puritate castitatis: immunitate peccati mortalis: christifere devotionis: memoria domine passionis: propitudine bone voluntatis: et amaritudine contritionis. sit armatus omnis qui ad sacramenti communionem digne vult accedere. unde beatus ambrosius in quadam oratione de hoc pulchre loquitur in haec verba. Quarta cordis contritione et fonte lacrimarum: quarta reuerentia et tremore: quarta corporis castitate et anime puritate: illud divinum et celeste mysterium est celebrandum. domine deus ubi caro tua in veritate sumitur: ubi sanguis tuus in veritate bibitur: ubi sumis ymam humanis divina iunguntur. Sibi tu es sacerdos et sacrificium mirabiliter et ineffabiliter. Quis digne poterit celebrare hoc mysterium: nisi tu deus omnipotens offerentem feceris dignum. Hec

ille. Et ut cuilibet volenti tractare aut sumere hanc escam nobilissimam hoc contingat cum accedere voluerit. beat. bern. in tractatu suo de contemplatione dicit. quod in hunc modum potest orare. O diues omnium bonorum dapum superne facietatis opulentissime largitor deus: da lassum cibum collige dispersum: libera captiuum: reintegra scissum. Si stat ad hostium et pulsat. obsecro pro visceribus misericordie dei quibus visitasti nos oriens ex alto. iube pulsati misero aperire: quod liberis gressibus ingrediat ad te et requiescat in te: et reficiatur de te pane celesti. Sanctus vero tho. breuiter ponit tria. quae cuilibet digne manducati sunt necessaria. Primum est mundicia corporalis ut per eam reuerentia sacramento exhibeatur. Secundum est conscientia munda: ut sic digne sacramento mansio et habitaculum disponat. Tertium est actualis deuotio: per quam mens apud deum eleuetur. de quibus dicitur postea magis in speciali.

Capitulum viij. quae sint signa per quae coniecturare possimus nos esse dignos ad hoc sacramentum percipiendum.

Iacet aliquis cum nemo sit certus: an sine peccato sit et in caritate. quae iuxta dictum sapientiae ecclesiae. ix. nescit homo an odio vel amore dignus sit. quomodo igitur aliquis secundum huiusmodi conditiones digne poterit ad hoc venerabile sacramentum accedere. Ad hoc respondet sanctus tho. dicens. Licet de hoc non possit haberi certitudo scientiae. tamen de hoc potest haberi probabilis coniectura: et praecipue per quatuor signa quae ponit bern. in libro de stimulo amoris. Quorum primum est cum quis deuote verbum dei audit. quae teste saluatore Joba. viij. Qui ex deo est verba dei audit. Secundum cum quis promptum se in bono operando inuenit. quae probatio delectationis: exhibitio est operis ut inquit beatus gre. in quodam oratione. Tertium cum quis propositum habet abstinendi a peccatis in futuro. Quartum cum de praeteritis doluit seu dolet et conteritur. In his. n. scilicet greg. vera penitentia consistit. Unde si quis per huiusmodi signa facta diligenti discussione suae conscientiae: quis non sufficienti tantum deuote ad corpus christi accedat. aliquo peccato mortali in ipso remanente: quod eius memoriam subterfugiat non peccat si accedit. immo ex vi sacramenti remissionem peccati consequitur.

2007
tur. unde beatus aug. in quodam sermone dicit. Quia corpus christi manducatur: viuificat mortuos. Nam tale peccatum in contritione generali est dimissum. licet non ita plene sicut ea quae in specie sunt confessa.

Capitulum ix. de utilitatibus quas consequuntur digne sumentes hoc sacramentum.

Si corpus christi digne manducatur hos. xij. fructus et utilitates consequitur. quae xij. fructus figurati sunt per lignum vite. quod est in medio paradisi. gen. ij. auferes. xij. fructus. apoc. vlt. et notantur in his versibus. Inflamat. memorat. sustentat. roborat. auget. Hostia spem purgat reficit. vitaliter vnit. Confirmatque fidem munit: fomitemque remittit. Primum fructus quae consequitur digne manducans est caritatis inflammatio. de quo quidam doctor sic dicit. Pre omnibus alijs gratijs corporis summi. scilicet manducatio digna: accendit in nobis caritatem. Qui enim panem calidum de clibano iam acceptum comederit cum pane utique sumit et calorem. sic qui corpus christi comedit in clibano crucis: ex ardore maxime caritatis decoctum in eodem comedit et caritatem. Ignitum quippe amor dei: in corpore ipsius suscipit quo sumpto et nos inardescimus. et ipsam semper amplius esurimus. Secundus fructus est quod ad memoriam reducit diuinam passionem. diuinam dilectionem: et nostram liberationem. vii. lu. xxij. Hoc facite in mea commemoratione. Tertius fructus est contra recidinationem sustentatio. De quo in ps. Panis cor hominis confirmet. Quartus fructus est quod roborat sumentem ad bona operandum et continuandum. Cuius figura innuitur ysaie. xl. ubi dicit. Qui sperat in domino: imitabitur fortitudinem: assumet pennas ut aquila: non laborabit ambulabunt et non deficiet. vii. ysidorus de hoc sic inquit. Libus ille: corpus illud non impingnat. sed cor hominis in bono confirmat. Hic est panis vite. quae ergo vitam manducatur digne mori non potest. scilicet morte spuali et eternali. Quintus est spei et deuotionis augmentatio. et non solum spei: sed et caritatis ut dictum est in primo fructu: et etiam fidei: ut dicit in decimo fructu. quae simul innunt ezech. xv. ubi ait deuote: sacramentum eucharistie percipere cum istarum virtutum augmento sic dicit. Simulam mel et

olcum comedisti: et decora facta es vehementer et perfecisti in regnū: et egressū est nomē tuū in gentes propter speciem tuam. **S**ibi per simulā propter sui puritatem intelligere possumus sinceritatem fidei. Per mel propter sui suauitatem intelligere possumus digne sumentis eminentem caritatem. Per oleū propter sui intrinsecam subtilitatem intelligere possumus spem. **N**az sicut oleū est virtutis penetratine et supnatat ceteris liquoribus sic spes diligentis anime omnia creata quasi despiciens penetrat et transcendit. Et non obstante tempestate huius mundi: tanquam mare magnum et spaciosum in quo sunt reptilia quorum non est numerus. anchoram sue confidentie figit in solo suo creatore: et in virtute perfecte eucharistie. **Q**uā de hoc fructu quinto dicit in psal. xliij. Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians quod preclarus est. **S**extus fructus est peccatorum remissio. et hoc intelligit de venialibus peccatis. quia per istum cibum fit restauratio et reparatio deperditi vaporis. id est ipsius caritatis. Et non intelligit de mortalibus. quia sicut alimentum naturale solum potest viuere et non mortuo: sic alimentum spirituale. Attamen si homo sufficienti facta discussione de omnibus peccatis contritus fuerit: et propositum satisfaciendi habuerit de quocumque peccato mortali ab eo perpetrato si sibi ad memoriam reduceretur. si alicuius peccati mortalis reus extiterit deo cognito: sibi tamen totaliter ignoto et a memoria eius remoto: ex vi sacramenti quod sumit remissionem illius peccati consequitur. prout innuit beatus augustinus cum dicit. **Q**uā corpus christi manducatur viuificat mortuos. De isto etiam fructu dicit ysidorus. **A**ccedite igitur ad eum et illuminamini: quia lux est. **A**ccedite ad eum et faciamini: quia panis est. **A**ccedite ad eum et liberamini: quia ubi spiritus domini ibi libertas. **A**ccedite ad eum et absoluemini: quia remissio peccatorum est. **C**ui consonat iheronimus in hec verba. **N**ihil adeo est extinguendum et remissum peccati sicut huiusmodi oblatio et sacrificium. et hoc est verum si digne offeratur. propter quod ambrosius in quadam oratione sic orat. **P**anis qui de celo descendisti veni in cor meum et munda me ab omni inquinamento carnis et spiritus. **E**t ad istam purgationem hortatur apostolus nos alloquens per figuram agni pascalis qui dicitur azima sic dicens. **E**xpurgate veterum fermentum. ad cor. xj. **S**eptimus fructus est spiritualis per internam consolationem refectio. De qua vi-

titur sap. xvj. **P**anem de celo prestitisti eis: habentem omnem delectamentum et omnem saporē suauitatis. **E**t in ps. xxiij. **I**n loco pascene ibi me collocauit. **E**t ideo christus qui est sacerdos et hostia ait. **V**enite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego vos reficiam. **M**ath. xj. **I**n rei. n. veritate dulcissime potest reficere quia eius spiritus est super mel dulcis: et hereditas eius super mel et fauam. eccle. xx. **V**ni beatus bernardus de ista utilitate et quanta sic ait: **I**n hoc sacramento anime celesti dulcedine inebriatur peccatum veniale delet: et homo in gratia roboratur. **I**dem de hoc septimo fructu loquitur in hec verba. **Q**ui sacramentum eucharistie digne sumit: nunquam magis in tota sua vita gaudium refrigeriumque experire fuerit quam in sumptione corporis et sanguinis domini nostri ihesu christi degustauit. **D**ecimus fructus est interior per gratie collationem viuificatio. quia lignum vite comestum vitam prestat. **N**am per virtutem huius sacramenti: de attrito fit contritus: de irrisore fit penitens. **V**ni iohannes. vj. **Q**ui manducatur me ipse viuet propter me. **R**ationabiliter. n. vita per cibum redit per quem mors intravit: quod autem in sumendo hoc sacramentum gratia conferatur. de hoc habetur figura exo. xvj. ubi dicitur. **A**scendete manna descende: bat patiter et ros. **M**onus fructus est corpus christi mystici incorporatio. **D**e quo ambrosius in oratione ubi supra sic ait. **T**u. n. dixisti domine: panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. qui manducatur me viuet propter me et ipse in me manet et ego in eo. **I**ohannes. vj. **E**t illud figuratum est exo. xvj. ubi dicitur quod cum sol incaluisse liquefiebat manna. et per consequens per fluxum vitium fuit cum terra. **P**ropter quod ipse christus qui est cibus clamauit ad beatum augustinum. **V**t patet in li. confes. **L**ib. suum gradum cresce et manducabis me. **E**t subdit. **N**ec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tue. sed tu mutaberis in me. **N**am per istum cibum efficimur membra incorporata in christo: et vnum in christo. **E**t ideo hec spiritualis manducatio iure comunio nuncupatur. **V**t supra ca. vj. huius tractatus. et ut damascenus dicit. **D**ecimus fructus est fidei confirmatio per intellectus illuminationem: quod designatur per illud quod habet. i. regum. xliij. ubi dicitur. quod ionathas gustauit de melle et illuminati sunt oculi eius. **V**ni beatus bernardus super can. sic inquit. **P**er fidem: intellectus illuminatur et confortatur attingit hanc veritatem indubitater. quod christus vere est in sacramento et diuinitas vere in christo. **I**ndecimus fructus est quod perceptio eius/

karistie munit hominē cōtra demonū nequā. vñ ps. Pa-
rastrī in cōspectu meo mensā aduersus eos q̄ tribulāt me. su-
per quo dicit isidor⁹. Suscipe dñm ibesū in tue mentis ho-
spiciū. cū aut aduersari⁹ hospiciū tuū viderit occupatū ce-
lestis fulgore p̄sentie: intelligit locū tēpamētis suis p̄ xp̄z
esse circūclusū seu clausū. Pro quo effectu cōsequēdo beatus
ambro. in orōe vbi supra sic orat. Dñe muni me brōz an-
geloz p̄ia atq; fideli custodia atq; fortissima tutela: vt hostes
omniū bonoz cōfusi a me discedāt: p̄ hoc magnificū et admi-
rabile sacramentū. Et de hoc habet figura exo. xij. vbi legi-
tur. q̄ quādo filij israhel comederūt agnū pascale: tūc posue-
rūt de sanguine in superiori liminari: et in utroq; poste ho-
stij sui. et sic dom⁹ eoz erant p̄seruate ab angeli percussura
De eodē habet figura ezechielis. ij. vbi dicit. q̄ illi soli pre-
seruati fuerūt quos vir vestitus lineis. s. dñs ibesus xp̄s si-
gnabat tban in frontibus eoz. tban est figura crucis: q̄ cū
accedim⁹ ad altare. in fronte. i. in p̄spectu nostre ratiōis de-
bet esse depicta. Duodecim⁹ fruct⁹ ē fomitis mitigatio seu
inordinate cōcupiscētie extinctio. De quo in ps. Sup aquā
refectionis educavit me et c. Sicut. n. aqua refrigerat. sic il-
lud sacramentū etiam refrigerat a feruore cōcupiscētie. vñ
bern. Sacramentū corporis xp̄i duo operat in nobis: vide-
licet sensuz munit; et a grauiorib⁹ peccatis tollit omnino
cōsensuz. verbi gratia. Si quis nostrū nō tam crebros vt
solebat: nec tam acros sustinet iracūdie vel luxurie: inuidie
ac ceteroz vicioz mot⁹: gratias agat corpī et sanguini dñi
nostri ibesu xp̄i. quoniam virt⁹ h⁹ sacramenti operat hec in
eo. Hec ille. Propter quod bea. ambro. in quadā orōe: dñm
nostrū ibesū xp̄m sic adorat. Dñe rex virginū amator casti-
tatis: et integritatis dec⁹: celesti roze bñdictionis tue extin-
gue in me totū fomite ardentis libidinis: vt maneat in me
tenoz toti⁹ castitatis aie et corporis. Et illud videt esse fi-
guratū. ij. mach. j. vbi legit q̄ flāma accensa a lapidib⁹ p̄-
fusa: aqua residua a lumine quod refulsit ab altari cōsum-
pta est. Sepe. n. flāma cōcupiscētie q̄ nascitur ex aqua re-
sidua. i. ex rerū temporalū affluentia et supfluitate: qua la-
pides et homines mūdant p̄funditur: extinguitur a lumine
ab altari fulgente. i. a gratia sacramēti karistie. Propter

261
tanta igit dona q̄ ex hōmōi sacramēti p̄ceptione digne sumē-
ti cōferunt: diligētī aīa deuotaq; mēte ē inq̄rēndū qualis es-
se debeat q̄ ad hāc mensā digne accedere mereat. Ad quod
tūdet p̄pheta in ps. xxi. vbi in p̄sona xp̄i ait. Edent paupe-
res et saturabunt⁹ et c. quasi di. s. in bea. aug. et glo. ibidē. No-
ta mea. i. sacramēta et bñficia corporis et sāguinis mei reddaz
et hec sacrificia edent pauperes et h⁹ seculi cōtēptores. quos
xp̄s Math. v. vocat pauperes spū q̄ ad hūc panē vite sumē-
duz digne merent⁹ accedere. Tales. n. sūt vere huiles et hui⁹
seculi cōtēptores xp̄m sup oīa diligētes et omēs affectiones
suas in xp̄m ordinātes. Ita vt nichil cupiāt nec habere de-
siderāt p̄ter ip̄z. Et illa reuera apte dicit⁹ paupras spūs dū
q̄s mēte et spū nichil sibi vēdicat imo nec seip̄m nec aliq̄s a-
liud tēporale nisi hoc alteri totū liberaliter et spōte donat et
in xp̄z referat ita vt sic nec velit eē sui iuris sed dñi sui cui
se donant nec aliquod possideat tanq̄ suū sed tanq̄ dñi sui
ad cui⁹ honorē rez suaz si quas habz possessionē ordinabit
vt dicere possit cū aplō. ij. cor. vj. tanq̄ nichil habentes et
oīa possidētes q̄a possidet oīa cui⁹ possessio ē de⁹. vñ in p̄so-
na cuiuslibet talis dicit⁹ in ps. lv. Ecce cognoui quoniam de-
us me⁹ es tu. Sup quo aug. Omniū q̄dē de⁹ ē sed eoz pro-
prie de⁹ ē q̄ eū diligūt q̄ eū timēt q̄ eū possidēt et colunt et
sunt tanq̄ magna familia de domo ipsi⁹ redēpti magno sā-
guine vnici filij ei⁹. Et subdit. Quantū dedit nobis de⁹ pa-
ter vt filij dei noīemur et simus. Ecce mirabilis cōiunctio
sūme paup̄tatis cū maximis diuitijs. Quid nāq; paup̄is illo
q̄ nichil sibi retinet quod alteri nō donat: et q̄d ditius illo q̄
deū possidet. Et ergo be. aug. sup psal. vbi supra hortatur
nos dicēs. Nos ergo deū amem⁹ frēs puri et casti: sed nō ē
castū cor si deū ob mercedē colit. Sed dicerēs. Quid ergo
de cultu dei si mercedē nō haberem⁹. Respondet aug. Ha-
bebim⁹ plenarie ipsū deū quē colimus ipse nobis merces
erit q̄a videbim⁹ eū sicuti ē. iohā. ij. Ipse dixit abrahe gen̄
xv. Ego p̄tor tu⁹ sū et merces tua magna nimis. Et q̄/
bus verbis elicif q̄ de omni statu ecclesie possūt esse hoīes
digne ad hūc panē vite accedētes: q̄a dictū ē supra. Edent
paupes et saturabunt⁹ pauperes. s. spū. Tales aut pauperes
possūt esse boni reges et principes finū terre: cōingati vit/
c j

gines et vidue: layci et clerici seculares et religiosi. Nam quicquid
taliu in caritate dei est et deum super omnia diligit: si princeps vel p
lat⁹ vel qualitercumque super alios constitutus potestatis honores
diuitias etc. quod suo statui communiter attribuuntur ipse non solum
sibi sed deo tribuit cui militat cui seruit et pro quo diligentem
curam subditorum suorum gerit et non solum sua: sed etiam seipsum pro eorum
salute exponit: hic dignus est ut ad hanc mensam accedat. Paupere
res. n. christi magnates et diuites pauperes subditi et in bona sim
plicitate viuentes: pauperes ad artiore observantiam et in abdica
tione temporalium et multiplicis regularis discipline ut securius
christo regi famulentur se studiose astrigentes: hi sunt qui digne hanc
panem celestem sumunt angelorum sunt coniuue. iuxta illud psalmi. Pa
nem angelorum manducauit homo. Et ita hic in gratia viuifi
cante premerentur gloriam sublimantur. Item quod dicit dominus in eu
gelio iohannis. vi. Qui manducat carnem meam et bibit meum sangui
nem habebit vitam eternam. Et tantum sit dictum de his. xij. fructibus
Possunt tamen hi fructus distinguere secundum tres statum hominum in eccle
sia militate. Est. n. hoc sacramentum in penitentibus seu in in
cipientibus culpe expiationem gratie conseruationem christi incorpa
tium et contra reciduationem sustentationem. Et in proficietibus
est fidei confirmationem spei augmentationem et fomitis extermia
tionem. Est in viris perfectis domini: et passionis ad memoriam reuo
cationem ad bene operandum roborationem contra temptationem diaboli
etiam munitionem per internam consolationem ipsorum refectum.

Capitulum. x. de dampnis que consequuntur indigne sumentes

Sicut recte communicantibus multa bona pueniunt ut di
ctum est in. c. precedenti: sic indigne sumentes multa mala
incurrunt. teste apostolo ad corinthios. xj. sic dicente. qui manducat
et bibit corpus domini indigne iudicium sibi manducat et bibit. Et
subdit. ideo inter vos multi imbecilles et infirmi viuunt. Et
dicitur multi. Nullius. n. opus placet deo nisi ipse pater placet
deo. Indigna namque comunio hominem peccatis illaquet da
mationem preparat: primum scandalizat mentem excecatur temptationibus
obnuigat: deum iritat vitam temporalis breuiat cunctis gratuitis
et eternis bonis spoliatur. De quibus omnibus per ordinem dicit in psalmi.
lxvij. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum quo ad primum et

in retributiones quo ad secundum: et in scandalum quo ad tertium et
obscurant oculi eorum ne videant quo ad quartum: et dorsum eorum
semper incurua quo ad quintum: effunde super eos iram tuam quo ad
sextum: fiat habitatio eorum deserta quo ad septimum: et in taber
naculis eorum non sit qui inhabitet quo ad octauum. De quo etiam
bylari⁹ sit dicit. Talis homo deum ad vindictam excitat: suam
vitam breuiat factos a se fugat: hostem suum letificat: qui corpus
christi indigne manducat. Cui alludit origenes. in hec verba. Corpus
quod et sanguinem christi in damnationem sumit tantum mentis quam corporis. Et
quibus dicitur apparet quod uterque tantum bonus quam malus comunicans
corpus et sanguinem christi sumit equaliter quo ad essentiam quibus
tamen inequaliter quo ad efficientiam. In bono. n. efficit vitam gratie
in presentem et gloriam in futuro: in malo vero damnationem preparat
et mortem eternam inducit. vnde cantat ecclesia. Sumunt boni su
munt mali sorte. tamen inequali etc. Et beatus augustinus de hoc sic inquit
Est quidem in peccatoribus et indigne sumentibus vera caro et
verus sanguis christi essentia non tamen salubri efficientia.

Capitulum. xj. quot modis hoc sa cramentum sumatur.

Sacramentum eucharisticum tribus modis potest sumi ab homine
viatore. scilicet sacramentaliter tantum: spiritualiter tantum: sa
cramentaliter et spiritualiter simul. Pro cuius maiori in
tellectu advertendum quod scilicet magister in. iij. sententiarum dist. xvij. in
sacramento eucharisticum est aliquid quod solum est sacramentum. id est signum sa
cre rei: ut est forma vel species panis vel vini que ibi videtur: quia pro
pter speciem quam ingerit sensibus: aliquid aliud facit venire in cog
nitioem scilicet corpus christi verum et mysticum. Est ergo species per consecrationem
vocabula res que ante fuerunt scilicet panis et vini. ut de consue. di
ctum est. ca. sensus. vnde in fine cuiusdam missae que celebratur in sabba
to quatuor temporum in mense septembris oratur et dicitur. Perficiant
in nobis domine quantum sumus tua sacramenta quod continet ut que nunc
speciem gerimus res veritate capiamus. Aliud est res sacramenti et
illa est triplex. Aliqua est res contenta et significata: altera signi
ficata et non contenta: tertia operata. Res contenta et significata est
caro christi quam de virgine maria traxit et sanguis quem pro no

bis effudit: seu ipse xps q̄ sub specie panis ⁊ vini veraciter continet. Sed res significata ⁊ nō cōtenta ē corp⁹ xpi misticū: seu ecclesia sine vnitas ecclesie in predestinatis quo ad ecclesiā militantē vocatis p̄ p̄dictā: iustificatis p̄ gratiā in p̄nti ⁊ glorificatis in futuro p̄ gloriā quo ad ecclesiā triumphantē ⁊ in p̄feti spe. Vtriusq̄ autē corp⁹ xpi. s. veri ⁊ mistici species visibilis ē sacramētū eucharistie q̄a vtrāq̄ rē significat ⁊ vtriusq̄ rei similitudinē gerit expressā. Nā sicut panis tritice⁹ p̄ ceteris cib⁹ ē p̄cipu⁹ ad hūani copis sustērationē ⁊ refecionē ⁊ vinū hominez letificat ⁊ inebriat sic caro xpi interiorē hoiez pl⁹ ceteris gratijs spūaliter reficit ⁊ saginat. Habet etiā similitudinē illa spēs visibilis cū corpore xpi mistico q̄ ē vnitas fidelium: q̄a sicut ex multis granis cōficiū vn⁹ panis: ⁊ ex plurib⁹ vuis vinū cōfluit in vnū sic ex multis fidelib⁹ p̄sonis vnū corp⁹ xpi misticū cōstituitur cui⁹ ipse xps ē caput. Tñ apl⁹s. j. ad cor. xj. Tñ panis ⁊ vnū corp⁹ multi sum⁹. Et aug. sup iobā. ome. vj. et allegat a mgrō in. iij. sniaz dis. viij. q̄ sic dicit. vn⁹ panis ⁊ vnū corp⁹ ecclesia dicit p̄ eo. q̄ sicut vn⁹ panis ex multis granis: ⁊ vnū corp⁹ ex plurib⁹ mēbris cōponit. sic ecclesia ex multis fidelib⁹ caritate copulāte annectit. Hui⁹ corp⁹ mistici p̄p̄riū corp⁹ xpi sūptū de virgine ē sacramētū. i. signū: q̄a sicut corp⁹ xpi ex multis mēbris purissimis ⁊ immaculatis cōstat sic ⁊ societas ecclesiastica ex multis p̄fētis a criminali macula liberis cōsistit. In cui⁹. s. corp⁹ xpi typo seu figura facta ē archa dñi de lignis ceterim. exo. xxv. q̄ sūt imputribilia. Sed res opata ē gratia q̄ in sacramētū ⁊ in ei⁹ digna acceptiōe cōfert: secūdu qd̄ dictū ē supra ca. ix. Istis iā declaratis dicit q̄ iste sumit corp⁹ xpi spūaliter tantū q̄ p̄ fidē tanq̄ p̄ cognitionē: ⁊ caritatē tanq̄ per refecionēz cōiungit xpo. ⁊ vnitur corpori xpi mistico scz ecclesie. Tñ aug. super iobā. ome. xxvj. ⁊ habetur. de conse. dis. vj. cap. quid est sic dicit. Quid est xpm manducare: nō hoc solum est corp⁹ ei⁹ accipere. multi enim indigne accipiūt. sed in ipso manere: i. esse de corpore ei⁹ mistico per gratiam ⁊ habere ipsū in se manentē. Spūaliter enī manducat q̄ in vnitate xpi ⁊ ecclesie: quā sacramētū significat manet. Nā qui discordant a xpo: nec carnem xpi. s. misticā manducāt

nec sanguinē misticū bibūt: ⁊ sic tāte rei sacramētū ad iudiciū accipiūt quotidie. vel sic Iste māducat spūaliter tantū: qui existēs in caritate firmiter credit in altari ec. ve. ruz corp⁹ xpi ⁊ sanguinē ei⁹. ex hinc ē accipiēs rē sacramēti. i. gratiā: nō autē ipsū sacramētū corp⁹ xpi sub specie panis ⁊ vini. De ista māducatiōe dicit bea. aug. in li. de remedio penitētie. ⁊ habet de cose. dis. ij. ca. vt qd̄ paras. sub bis verbis. Quid paras dentē ⁊ ventrē. crede ⁊ māducasti cre. de. s. fide operāte p̄ dilectionē. ⁊ māducasti. i. corp⁹ xpi mistico es incorpat⁹. Et ē sciendū. q̄ bon⁹ duob⁹ modis māducat xpm spūaliter. vno modo in semetipso: dū sacramētū ipsū ore corpali p̄cipit: fide ⁊ caritate spūs in se spūaliter trahit ⁊ sibi vnit. Alio modo in alijs. s. dū iustus alijs comunicat: sicut. n. os corpale nō solū sibi sumit cibū. s. mēbris oib⁹ cōmunicat. sic quolibz mēbrū ecclesie nō sibi soli cōmunicat sed toti ecclesie: vt virt⁹ spūalis cōmestiois ad hoies fideles pueniat p̄ caritatē qua vnunt. S; iste sumit sacramentaliter tantū qui sub specie panis ⁊ vini hoc sacramētū in peccato mortali sciēter sumit. Iste vero spūaliter ⁊ sacramentaliter simul sumit qui hoc sacramētū sub p̄p̄rijs speciebus sumit ⁊ rē sacramēti seu gratiā cōsequitur Et de hoc modo māducati bea. bern. sit dicit. Corp⁹ xpi egrotis ē medicina: pegrinātib⁹ diēta: debiles cōfortat lāguores sanat: valētes delectat sanitatē cōseruat: fit hō mansuetior ad correptionē patientior ad laborē: ardētior ad amozes: sagatior ad cautelas: ad obedientiā p̄rior: ad gratiarū actiōes deuotior. hec ille. Hī autē modi māducati xpm s; m petri de tharentasia dis. ix. iij. li. tripliciter possūt distingui: vel ex pte manducantis: vel ex pte rei q̄ māducat: vel ex parte modi manducandi. Primo sic aut enī māducas accedit ad sacramētū disposit⁹: ⁊ sic dicit manducare sacramentaliter ex parte rei q̄ manducatur. Aut enī māducat rem significatā ⁊ cōtentā ⁊ sic itez māducat sacramentaliter. Aut manducat rem significatā ⁊ non contentā ⁊ sic manducatur spūaliter. Aut p̄cipit gratiā ex parte modi manducandi sic. Aut enī sumitur solo ore corp⁹: sic māducat sacramentaliter. aut etiā sumit ore cordis: ⁊ sic māducat spūaliter. Spūaliter enī māducare ē xpo ⁊ ecclesie icor

porari. Hoc aut dupliciter est vel per modum meriti credendo vel virtute sacramenti credendo et percipiendo. Primo modo accipitur spiritualiter manducare communiter. secundo modo magis proprie. Primo modus spiritualiter manducandi: potest alicui provenire sine sacramento. secundo autem modus non. Et quis spiritualis manducatio sufficiat per modum meriti ad salutem: non tamen sufficit sacramentaliter: quia melior est iste modus manducandi spiritualiter quam alter: eo quod utrumque complectitur. Ex his dictis faciliter potest haberi solutio cuiusdam dicti communis quo queritur. An mortalis peccator non confessus nec contritus sumens illud sacramentum vere sumat corpus christi: quia vel ly vere determinat veritatem susceptionis sacramentalis vel spiritualis. Quo ad primum dicitur quod quantumcumque sit aliquis magnus peccator si sumit illud sacramentum vere sumit corpus christi: loquendo de veritate susceptionis sacramentalis: quia qui vere sumit continens vere sumit et contentum: secundum quod continetur sub hoc modo continente. scilicet sub speciebus panis que sunt sacramentum licet non sint res sacramenti. Vere tamen sacramentaliter continetur corpus christi: ut patet ex auctoribus supra adductis. Sed quo ad secundum dicitur quod nullus peccator mortalis sciens se esse tale sumit vere corpus christi: loquendo de veritate spiritualis susceptionis. quia qui illo modo sumit manet in christo et christus in eo. sed nullus peccator mortalis manet in christo nec christus in eo: cum talis non sit membrum vivens christi. Etiam nullus mortuus potest cibum vitalem vitaliter sumere: sed peccator mortalis quantum ad vitam spiritalem mortuus est: quia separatur ab eo qui est vita anime. secundum augustinum. Et cibus iste est vivus cibus seu vitalis dans vitam spiritalem sumenti eum: iuxta illud Joban. vi. Ego sum panis vivus qui de celo descendi: si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum.

Capitulum. xij. an peccata venialia possunt impedire effectum huius sacramenti in sumente.

Alia sunt peccata venialia per que mens non nimis distractitur nec fervor caritatis sensibiliter diminuitur: hec in nullo impediunt effectum huius sacramenti. Sunt etiam nonnulla peccata venialia que non ex toto impediunt sed in parte effectuum huius sacramenti. Nam effectus huius sacramenti non solum

267
est adeptio gratie vel caritatis: sed etiam est quedam actualis refectio spiritualis dulcedinis: que per peccata venialia impeditur. de hoc sic loquitur sanctus thomas. Peccata venialia dupliciter possunt considerari. Uno modo in quantum sunt preterita. alio modo in quantum sunt exercitata. Primo modo in nullo impediunt effectum huius sacramenti. Potest enim contingere quod aliquis post multa peccata venialia commissa: devote accedat ad illud sacramentum et plenarie effectum huius sacramenti consequatur. Secundo modo peccata venialia non in toto sed in parte impediunt effectum huius sacramenti. quia si quis accedit mente distracta per peccata venialia que tollunt ab eo actualem devotionem et refectio nem spirituales dulcedinis: non autem augmentum gratie habitualis vel caritatis. Unde iste qui cum actu venialis peccati accedit ad hoc sacramentum: manducat in habitu spiritualiter sed non actualiter. Et ideo habitualis effectus huius sacramenti percipit non autem actualem. Hec thomas. Ex quibus verbis colligitur quod accedens in peccatis venialibus: percipit augmentum gratie et caritatis habitualiter quantumvis tamen per internam dulcedinem spiritualem non reficiatur actualiter. Et sic patet consequenter quod peccata venialia in sumente impediunt effectum huius sacramenti actualiter tantum. Quis tamen non habitualiter sic quod non efficit actualiter in eo: quis per virtutem sacramenti consequitur habitum et augmentum caritatis. Hec intelligenda sunt de sumente non existente in peccato mortali: et accedente in peccatis venialibus: devotis orationibus ad hoc sacramentum se aptate et de commissis dolere. Et quis peccata venialia non tollunt huius sacramenti effectum quantum ad habitum ut premissum est: tamen magis bonum est si homo per confessionem vel alia remedia studeat se de his emendare. Terciumque debet esse anime devote cum ad hoc sacramentum celeste sumendum accesserit: ne celestis spiritus ad ipsam veniens aliquam maculam cuiuscumque peccati etiam venialis quantum possibile est inveniatur. quia quanto quis cum maiori cordis et corporis mundicia ad hoc sacramentum accesserit: non dubium quin maiorem gratiam et uberiorem fructum spiritualium bonorum exinde reportabit. etiam quia nichil purius ea mente esse debet: que in dei habitaculum est preparanda.

**Capitulum. xiiij. an. ppter nocturnale
pollutione comunio sit ptermittenda.**

D hoc q quis digne accedat ad eucharistie sacramē
tu tria requirunt. Primo iudicia cōscie q nō tollit
nisi p peccatū. Secūdo ne sit ibi indevotio seu mē
tis ebetudo. Tertio ne sit ibi corporis imūditia. Hec tria
qñq simul cōcurrūt i aliqua pollutiōe nocturnali. qñq duo
de his qñq vnū tantū. q s3m hoc homo magis vel minus
impedit. Et ideo distinguendū ē de pollutiōe. Quā sciendū
Pollutio nocturnalis ē coinquatio qua quis in sōpno corrū
pitur p seminis emissionē. Et cōtingit qñq ex nature sup/
fluitate: vel ex habūdantia materie seminalis q repletionē
in vasis seminalib⁹ nō valētibus eā retinere. qñq ex infir/
mitate q debilitate virtutis retētive ppter debilitatez ner/
uoz. sicut qñq contingit cū homines ieiunāt. q in istis nō
est peccatū: sed potius quedā pena vel infirmitas. q in talib⁹
casib⁹ homo relinquitur sibi metipsi. Quādoqz prouenit ex
crapula. q hec p̄hibet a p̄ceptiōe corporis xp̄i: nisi tunc ne
cessitas aliqua: vel festinitas alicui⁹ solēnitatis cogat ad op
positū. Quāqz cōtingit ex imaginatiōe q cogitatiōe turpi pre
cedente. q hec tantū est peccatū: quātū meruit cogitatio p̄
cedēs. Quādoqz. n. cogitatio huiusmōi turpiū ē sine pecca
to veniali: vt cū quis de talib⁹ esset disputatur⁹: oportet
q de his cogitaret. Aliquā etiā ē cum peccato veniali. s. quā
cogitatio in sola delectatione finit. sine cōsensu deliberatiōis
Quāqz etiā est mortale. s. quādo cōsensu adiūgit. Et si du
bitat de cōsensu: an cōcurreret ad causā pollutionis an nō
q sic cōsequēter dubitat: an ex peccato mortali vel veniali
pollutio acciderit abstinere debet. q̄a teste bea. greg. bonaz
mentū est ibi culpā agnoscere vbi culpa nō est. q habet de
cōse. dis. v. ca. ad eos. Si autē expresse inuenerit cōsensū nō
precessisse q tamē alia p̄cesserunt. s. imaginatio q delectatio
mala. sic tamē q talis imaginatio finita erat i delectatiōe
absqz cōsensu deliberationis. tūc potest cōmunicare: si vr/
get necessitas q solēnitās festi imminet. Quādoqz autē ac
cidit ex illusione diabolica deo p̄mitere. tūc si illusiōis cau
sa in nobis p̄cessit. s. cogitatio turpis q imaginatio. tūc idē

est iudiciū sicut de cogitatiōe precedēte si vero nō. sed oppo
sita causa potius. q hoc frequēter accidit in dieb⁹ in quib⁹
debet cōmunicare: tūc signū est q diabolus conat⁹ hominē
auferre fructū eucharistie. vñ in tali casu cōsultū fuit cuidā
monacho vt legit in colla. patrū. q cōmunicaret. q sic dia
bol⁹ vidēs se nō posse cōsequē itentū ab illusiōe cessauit S3 q̄a
nō potest de facili sciri causa ex qua cōtingat pollutio. idcir
co cōsultū q tutius est tali die abstinere ppter reuerentiaz
sacramētī. Et dicūt quāda q debet astinere ad. xiiij. horas
q̄a in tali spatio natura deordinata p mentis ebetationē et
corpale imūditia ecōuerso reordinat. nisi necessitas incū
bat: vel solēnitās festi imminet que contrariū exigit. Di
co tamē q in predictis omnib⁹ pollutionib⁹ cōmuniter est
imūditia corpalis. sed mentis ebetudo non ē nisi in illis
pollutionib⁹ q accidunt cum imaginatione. q̄a in illis que
sine imaginatiōe accidunt. aīa nichil videt p̄dere. Nulla autē
dictaz pollutionū est peccatū in se. q̄a in somnis ex quo ra
tio est ligata: nemo potest peccare. potest tamē esse signū
vel effect⁹ peccati. q ideo semp recurrendū est ad causā pol
lutionis. Ex hoc videt⁹ quando sit abstinendū a cōmunionē
q qñ nō. Quā de hoc habet metra. Crimē habet noctis pol
lutio quando fuisti Ebrius. aut primo meditat⁹ turpe fui
sti. Crimen abest tua si natura supflua tollit. Aut si debili
or vacuo se ventre resoluit. De hac materia plene habetur
de conse. dis. vj. ca. testamentū. q est canon beati greg. Et
p̄ Isidoz. s. li. ethi. habetur hoc idē similiter. Sed dubium
manet. an pollutio q incipit dormiendo: q terminat⁹ in vi
gilia sit peccatū. Ad quod r̄ndetur. q pollutio quantū ad
rationē meriti q demeriti: magis indicat⁹ secūduz principū
quod est in dormiēdo: q̄ secūduz finē q̄ est in vigiliando. Ex
quo excitat⁹ est motu carnis in dormiēdo. nō subiacet vo
luntati vigilantis ille motus vltim⁹. Nec reputat⁹ vigilat⁹
se: quousqz p̄fectū vsū liberi arbitrij recuperauit. Potest tñ
contingere q in ipsa vigiliatiōe peccatū oriat⁹. quod fit quā
pollutio placet ppter delectationē. tūc talis cōplacētia aut
est ex surprēptione: tūc est peccatū veniale. aut ē deliberate
q cum cōsensu q tūc est mortale. Ista autē cōplacētia nō
facit p̄teritā pollutionē peccatū: q̄a nō ē ipsius causa: sed

ipsa in se est peccatū. Si autē pollutio in eniglatiōe placeat ppter hoc qd est nature allevatio ⁊ exoneratio: tūc peccatum fore nō credit. Sed qd in principio b^o capituli dictū ē qd in accedēte ad sacramētū eukaristie. requiritur qd non sit immūdus corpāliter: ideo dubiuz pulsāt mentē: an immūdicia pure corpālis sicut lepra: fluxus sanguinis: seminis: aut menstrui impediāt eukaristie pceptionē. Ad quod dīcendū. ex quo iste cibus non ē corpālis sed mētālis ⁊ spūālis ideo in ei⁹ susceptiōe magis cōsiderāda ⁊ attendēda ē mētālis deuotio ⁊ dispositio q̄ corpis mūdicia. Et ideo distīnguendū ē. qd talis immūdicia seu infirmitas: aut ē ppetua seu diuturna: aut ē tēporālis ⁊ cito curabilis. Si ē ppetua ⁊ diuturna. tūc talis homo nullo modo debet abstinere ne ppter immūdicia corpis pdantur fruct⁹ mētālis: vt accidit in leprosis ⁊ patientib⁹ fluxū sanguinis vel seminis. Si autem ē tēporālis ⁊ cito curabilis: tūc si aliq⁹ in mētē ē bene disposit⁹ nō p̄hibetur sumere: q̄nis ad tēpus debeat abstinere ppter reuerentiā sacramēti. De hoc plene in canone dis. vj. ca. ad eos.

**Capituli. xij. an melius sit sacramētū
hoc frequētius accipere: q̄ rari⁹.**

Am hec questio inter dispēsatores misterioꝝ cristi videlz sacerdotes sepi⁹ moneat. ideo de ea q̄tum ex doctorib⁹ haberi poterit aliqua dicent. Questio igitur p̄pōit sub hac verboꝝ forma. Utrū sacerdoti inscio peccati mortalis existenti in firmo pposito a peccatis abstinēdi: melius sit quotidie ⁊ im̄p̄termisse missaz celebrare: vel meli⁹ sit interdū abstinere. Et arguit primo qd melius sit im̄p̄termisse celebrare. qd dicit bea. aug. Accipe quotidie quod tibi p̄sit. modo missa sacerdoti ⁊ nō solū sibi: sed cunctis fidelibus vinis ⁊ defūctis p̄dest. ideo debet corp⁹ xp̄i in celebratione misse quotidie accipere. Sed qd melius sit sacerdoti interdū abstinere: patet p̄ sanctū tho. sic inq̄rentē. Non ē res quātūcūq⁹ p̄ciosa ⁊ bona si nimis est cōmunis aut tepescit in amore: vel vilescit in reputatione. Ideo ne hoc p̄ciosū sacramētū vilescat: vel ei⁹ amor tepescat: meli⁹

est sacerdoti interdū abstinere. Ad illā questione saluo iudicio meliori. primo plane r̄debo: deinde per septē cōclusiōnes. Quātū ad primū dico. Si q̄s ex frequēti vsu hui⁹ cibi spūālis: sit cōtinue xp̄iformior. i. xp̄o in virtutib⁹ similioꝝ scz humilioꝝ: magis misericors: patientioꝝ: feruētioꝝ ad celestia. ⁊ ad eterna tepidioꝝ: elongatioꝝ a carnalib⁹ deuotioꝝ in dei laudib⁹: ⁊ largioꝝ in operib⁹ pietatis. ille poterit oī die celebrare. Sed qui seculē illo cibo vtitur ⁊ non fit xp̄iformior. sed fortassis xp̄o difformioꝝ: vel in eadē habitudine vel ebetudine semp manet: nō videt idonee disposit⁹ ad hoc qd possit oī die celebrare aut cōmunicare. Sed diceret si sic: tūc boni viri semp dispositi q̄ quotidie celebrāt: vtiq⁹ deberēt sentire se augeri in p̄dictis virtutib⁹ ⁊ notabiliter fieri xp̄iformioꝝ. R̄ndet qd nōnulli sancti p̄sbiteri olim ex priuilegio effect⁹ h⁹ sacramēti notabiliter senserūt se xp̄iformioꝝ: sicut aliq⁹ deuoti p̄sbiteri sentiūt. ⁊ hoc secūduz eoz in fide ⁊ deuotioe dispositionē ac diuine volūtatis erga eos dignationē. qd autē in omnib⁹ q̄ cōmuniter bene dispositi sūt nō fiat similiter rō est. Ne si ex effectib⁹ cōcluderet h⁹ sacramēti v̄citas: meritū tā magne fidei vacuaretur. Cū ergo hoc sacramētū agat nō naturaliter sed p̄ voluntate xp̄i q̄ omniū corda nonit. q̄nq⁹ vnus sentit interi⁹ hūc eius effectuz: alter aliū: ⁊ alius nullū. Cū licet hoc sacramētū quodā occulto influxu augeat habitualiter fidez spem ⁊ caritatē ac ceteraz virtutū oīm habit⁹: hec tū augmentatio sicut in q̄busdā p̄ceptibiliter redundat in actualē feruorē ⁊ quendā spūālē dulcedinis gustū. ita in quibusdā solū manet in habitu suspēsa tali redundantia in actu. Et adhuc quandoq⁹ suspendit in aliquib⁹ illa redundantia. sic qd nō solū nichil deuotionis feruoris aut spūālis dulcedinis sentiunt: sed minus feruidos ⁊ alacres ad deū se reperiūt. ⁊ q̄ si grāz pl⁹ solito subtrahi lz bene dispositi fuerit q̄n sacramētū sumpserūt. Sed nec cui tale accidit diffidat. quia si sibi actus fortitudinis: puta sustinere martiriuz p̄ xp̄o aut granis temptatio incuberet fortitudinē reperiret. vbi fortassis alter qui spūāliter gustū sensit caderet. Nonne petrus plus erga xp̄m verbuit ⁊ tamē ipsum primo negauit. ita ⁊ hic esse potest. Item aduertere debet talis. qd quidā sūt na

turaliter molles et incitatores animi: et ideo ex facili copan-
guntur et delectantur. Alii autem naturaliter sunt duri et rigidi
animi in quibus ideo non faciliter se monstrat interna spi-
ritualis refectio sicut in alijs quibus tamen minus sunt constantes. im-
mo in casu arduitatis isti qui sunt rigidi animi firmiores es-
sent quemadmodum viri muliebres. Item multis de causis et
modis sepe hominum spiritus affliguntur rigore et duritia quibus si
reperit homo probabiliter se causam non dedisse non fatigat cum
res illa: quia de mille modis electos suos affligendo probare so-
let. Nec adhuc sacrificium salutis offerre pigriterur. dicit eni-
quidam. Divina pietas salutem anime sepius et sacratissime et
fidelissime operatur cum solum fidei anima innititur: nec aliqua
dulcedine spirituali fulcit non minus quam si prosperitate spiritua-
lium carismatum afflueret. Et ideo interdum tales gratie sub-
trahuntur ut subtrahat avidins repetant et recepte cautius
conseruetur et ut sic anima deo dilecta humilitatis stola exerci-
retur. Unde diligenter est advertendum quod premissus spiritualis sapor
aut internus quidem gustus non est nisi fidei debitus effectus. Ne-
que est presentis temporis: sed eterne beatitudinis. Et ergo cum
datur alieni in sacramento vel extra gratias agat deo. Cum
vero non datur: iteque gratias agat et patienter sustineat sci-
ens quia non est in potestate sua sed summi et benignissimi largi-
toris qui non ad voluntatem hominis quam ipse vult: sed quam sibi
placuerit tribuit. put indicauerit esse ad laudem suam et hominis
utilitatem et salutem. Non ergo qui nichil spiritualis saporis pro-
perit in hoc sacramento sumptioe diffidat aut desperet sed pu-
tet hoc. aut ad probationem fidei: aut incitationem sui incidere
ut sic attentius aut periclariter circa illud excellentissimum
mysterium consideret et meditetur ut ex hoc inardescens se ad
hoc dignius sumendum abilitet et disponat. Istis sic stantibus
venio ad conclusiones. Prima conclusio sit hec. Non potest
dari omnibus sacerdotibus super quotitate celebrationis
missarum regula uniformis. Et loquor etiam de sacerdotibus in-
scijs peccatorum mortalium de quibus querit questio. Et probatur con-
clusio hec ex simili: quia sicut non potest una forma servari
in dandis medicinis corporum: quoniam propter diversitatem com-
plexionum: quoniam ob diversitatem virium: aut loci aut temporis aut
dicte. sic etiam de medicina spirituali intelligendum est quod sic

724
probat quia omnes transferentes se secundum aliquam simili-
tudinem se transferunt ut philosophus dicit in topicis. Sunt .n.
catori. vt sic vna secū descendat iustificatus in domū suam
In percussione enī pectoris tria cōcurrūt. s. ictus. son⁹ ⁊ tact⁹
per que tria significantur q̄ in vera penitentiā sunt necessa-
ria. s. cordis cōpunctio. oris cōfessio. ⁊ operis satisfactio. vt
sicut tribus modis peccare solemus. s. corde cogitando. ore
loquēdo. ⁊ opere p̄petrando. ita tribus modis satisfacimus
scz corde p̄ dolore. ore p̄ orationē ⁊ pudorē. ope p̄ laborem.
In hmoi cōfessione s̄m plurimoz cōsuetudinē dep̄cat vir-
ginē mariam vt pro eo oret ⁊ intercedat. Et hoc rōnaliter
fit. q̄a vt dicit bea. bern. sup missus est. Redēpturus deus

humanū genus totius boni plenitudinez posuit in maria.
vt si quid spei in nobis est. si q̄d gratie. si quid glorie. si q̄d
salutis. totū ab ea nouerim⁹ redūdate. Deinde dep̄cat oēs
sanctos ⁊ astantes vt pro eo orent. ex eo vt dñs habundāti-
am sue p̄piciationis sibi multiplicatis intercessorib⁹ ⁊ orā-
tibus largiatur. Hec confessio sacerdotis ac ministroz mu-
tuo cōferentium: allegorice significat angelicū alloquiū cū
virgine obsequiosum ⁊ fidele. quoniā missus a deo angelus
salutauit virginē. que virgo cū proposito pudoris ⁊ p̄fessi-
onc humilitatis: debuit secundari fide pariter ⁊ miraculo.
potius q̄ virili adminiculo. quoniā nō erat impossibile a/
pud deū omne verbuz. Ab angelo deniq̄ salutata ⁊ mater
dei electa non alta dei sapere. sed nouerat humilib⁹ cōfēte
Ecce inqt ancilla dñi fiat michi secundū verbū tuū Humi-
litas cōfessio ancillā exhibuit. fidei deuotio grauidaz effi-
cit. Quā sicut humilitas professio faciens conceptū virginē
fecundauit: sic ⁊ humilis cōfessio ecclesiā fructuosam virtu-
tibus efficit. ⁊ ad gratie obtentū abilitauit. Deus. n. super
bis resistit: humilib⁹ autē dat gratiā. Rationabiliter p̄ cō-
fessionē sacerdotis cū astantib⁹: angelicū alloquiū cū vir-
gine designatur. q̄a sicut sacerdos in audiētia ecclesie red-
dit se culpabilem: ⁊ offerre intendit hostiā nō solū pro deli-
cto suo: sed etiā pro delicto populi. sic ⁊ x̄ps volens incarna-
tionē suā p̄ angelū annūciari: ⁊ post consensuz virginis in
eius utero incarnari: similitudinē ⁊ speciē culpe assūpsit. ⁊
omniū nostrū iniquitates p̄tulit. vt dicit Isa. Deus posuit i
eo iniquitates oīm nostrū. Et alibi. Deus voluit illum con-
terere iniquitate: vt sic causā suscipiens homis: que nō rapu-
it exolveret ⁊ hoīem excusaret. Homo q̄ppe debuit: sed non
potuit delictū absoluere. Deus potuit sed nō debuit. ideoq̄
deus fact⁹ est homo vt q̄ deberet posset. ⁊ q̄ potuit deberet.
Post hoc sacerdos orat pro circūstantibus implorās eis re-
missionē criminū dicēs. Misereatur vestri oīpotens deus.
Hec oratio supplex sacerdotis ante altare: significat propo-
sitū sacerdotis orandi pro populo: ⁊ recōciliandi cū deo. q̄a
cū supplicatione: pauper pauper sit aduocatus. Unde in p̄-
ner. Sermo enim mollis frangit irā. Et sicut pro delicto
sic ⁊ in cōspectu deprecari intendit altissimi. vt audir⁹ astanti-

etiam sibi parat ob respectu pietatis. et pro illius reverentia cuius vice supplet in persona.

Capitulum. v. de osculo altaris et de signo sancte crucis.

Confessione facta sacerdos se signat sancte crucis signo et sic stans sacrum osculatur altare. Signat sacerdos dominice passionis triumpho. scilicet signo sancte crucis ut muniat contra insidias dyaboli qui semper obsistit bono: et maxime nititur impedire hoc bonum quod non dubitat cunctis proficere. Munus se scuto fidei et memoria dominice passionis ut scriptum est ad epistolam. vii. In omnibus sumetes scutum fidei. in quo possitis omnia tela nequissimi hostis ignea extinguere. In passionibus. non crucis christus laboravit. ut illarum memores se tuentur in reparationibus. Sed osculum quod facit in altari tropologice hoc prendit. quia sacerdos debet habere cor placatum cum omnibus deo reconciliandis: et pacem omnium querere quantumcumque alieni sint. iuxta illud apostoli. ad epistolam. viii. quantumcumque in vobis est pax cum omnibus servantes. Allegorice vero osculatio altaris significat. quod christus per adventum suum ad nos in carne sanctam sibi copulavit ecclesiam. Iuxta illud ephibalamicum. Osculetur me osculo oris sui. cap. i. In osculo liquidem os ori coniungitur. sicut et in christo non solum humanitas unita est divinitati: verum etiam sponsa ecclesia copulata est suo sponso scilicet christo. iuxta illud prophete. quasi sponsam decoravit me corona. et quasi sponsam ornavit me monilibus. Osculum etiam quicquid significat pacem. iuxta illud cor. et ad romanos. ult. Salutate invicem osculo sancto: deus autem auctor pacis in omnibus vobis amen. Et ergo ostendat pacem illam in adventu christi advenisse quam prophete promiserat: quorum unus scilicet david dixit. Orietur in diebus eius iusticia et habundantia pacis. donec auferatur luna. psalmus. li. Et alius propheta. Et pax erit in terra nostra cum venerit. ideo christo nato angelorum vox intonuit. Et in terra pax hominibus. Post hoc scilicet ritum aliquarum ecclesiarum sacerdos debet accipere thuribulum quod est clausum inferi et apertum superius et fumigans: et significat quod sacerdos debet esse clausus ad terrenas et inferiores: apertus autem ad celestis et supernas. iuxta illud

an qd dicitur in omni die dno sicut parat

apostoli. Que sursum sunt quere. non que super terram. Et sic fumus devote orationis mittere debet ad deum dicens cum psalmista. Dirigatur ad te domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo

Capitulum. vi. de translatione ad dexteram partem altaris. et de libri apertione.

Facta osculatione sacerdos ad dexteram partem altaris se transfert. ubi si ministros habet. cum eis plene introitu legendo et kirieleison. per quod innuit quod emanuel in lege promissus prius venit ad iudeos quam ad gentes. Iudei autem per tunc propter legem. quia unum verum deum colebant in dextera parte fuerunt. in sinistra vero gentes. eo quod ydola colebant. Sacerdos igitur vestibus ornatus christum carne nostre humilitatis indutum significat. veniens de secrio ad altare christum de celis in mundum venisse ut eum sanaret designat. Deinde in dexteram transiens altaris designat quod christus in mundum veniens venit ad visitandum filios israel. scilicet quod ipse dicit mat. xv. Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus israel. de quibus nasci voluit Beata namque maria iudea fuit. Post hoc ad librum clausum veniens ipsum aperit. tandem osculando ad insinuandum illud quod scribitur apoc. ultimo. Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus et foris signatum sigillis septem. et nemo poterat nec in celo nec in terra nec super terram aperire nisi leo de tribu iuda et jesse iuxta canticum quatuor animalium et viginti quatuor seniorum dicentium. Dignus es domine accipere librum et aperire. signacula ei qui occisus est et redemisti nos in sanguine tuo. Similiter et illud quod scribit luce. iiii. venit ihesus nazareth ubi nutritus erat. et intravit scilicet consuetudinem suam in synagogam. et surrexit legere. et traditus est illi liber ysaie prophete. et ut revolvit librum invenit scriptum. spiritus domini super me. eo quod unxit me evangelizare pauperibus misit me. et predicare captivis remissionem. et predicare annum acceptum et diem tribulationis ysaie. xli. Et cum complisset librum dedit ministro et recessit. Post hoc enim quod sacerdos librum aperit designat quod christus verus sacerdos scripta prophetarum de eo occulte prophetata de eo esse quotidie exhibita ostendebat. unde post verba priora subsequitur cepit

dicere eis. Hec scriptura hodie cōpleta est i auribus vestris
Secūdo ex hoc librū aperit. quoniam vt xps primitiua apof
tolorū cōgregavit ecclesiam docēs eos misteria scripturarū
revelavit eis iuxta illud luce. viij. vobis datum est nosse
misteriū regni dei. ceteris autē in parabolis. vnde post re/
surrectionē aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas
luce ultimo. Sed quare osculatur librū. et postea a pte sinis
tra osculatur ipm euāgelium. de hoc postea habebimus.

Capitulu. vij. de kirieleyson.

Translato sã sacerdote ad dexteraz ptem altaris ex
inde qz tempus benignitatis et annus plenitudinis
aduenit s̄m quod psalmista dixerat. Tu exurgens
miserere nobis: qz v̄it tēp̄ miserēdi eius. psal. c. cogitue
chorus laudat et inocat s̄ctam trinitatem in reiterando ki
rieleyson. Et ideo post introitū et ante collectas dicit. Quo
niā ante omne orationē necesse est implorare diuinā mise
ricordiā vt eo citius petitiū obtineat. Circa quod canticū
vidēdū est vñ sit institutum et a quō. Secūdo qd significet.
Tercio de ei⁹ efficaci virtute. Quarto quare nonies repli
cet. Quinto quare illud vocabulū ad patrem et ad spūz sanc
tum nō variatur. ad filium vero variat ter dicendo xpeley
son. Sexto quare alternatim cantat. Septimo quare ordi
natur post officium seu introitū. Quantū ad primū sciēdū
qz hoc vocabulū kirieleyson silvester papa a grecis assump
sit ad decantandū in missa. Beatus vero gregorius instituit
kirieleyson nonies. et a clero tātū publice decantari i missa
quod pri⁹ apud grecos tā a clero qz a populo decantabatur
vt ista dicitur circa finem capituli. Quantū ad secūdū sci
endū. qz kirieleyson s̄m iohannes ianuensem i catholicon
sūt due pres orationis. et nō est vnū nomē cōpositū. Qua
rū priā est kiri. et tantū valet latine sicut dñe. et secūda ps
est eleyson. et hoc tantū valet sicut miserere. Inde kirieley
son id dñe miserere. Ergo guilhermus i rationali dicit. ki
ri id est dñe. ely id est deus. eys id est miserere. son id est nobis
quod tātum sit dictum domine deus miserere nobis. Unde
propheta domine miserere nobis. esto brachium nostrum

in mane. Et vltra notandū est. qz kirieleyson est vocabulū
grecū. vbi sciendū. qz in missa audiunt tria ydeomata nobi
liora. scz grecum. hebraycū. et latinū. Audiunt enī quatuor
dictōes hebrayce. scz osanna. sabaorb. amen. alleluia. Quā
doqz tria verba greca. scz kirieleyson. xpeleyson. ymas. et
quādoqz plura. Cetera vero omnia sunt latina. Sed dubi
um est quare specialiter illa tria ydeomata pferuntur et au
diunt in missa et nō alia. Illi⁹ tres rationes ponuntur. Pri
ma qz titulus triūphalis xpi erat script⁹ litteris grecis. he
braycis. et latinis iohāis. xij. Secūda causa. qz p has tres
linguas ceterae lingue itelliguntur. quia omnis lingua aut ē
hebrayca aut latina aut greca. vt igitur omnis lingua dei
laudet et confiteatur. quia dominus xpus in gloria est dei
patris ad philippen. ij. ideo specialiter ista tria ydeomata p
feruntur et audiuntur in missa magis qz alia. Tercia causa
qz iste lingue inter ceteras sunt principaliores. hebrayca.
qz omnium est mater et prima. Greca ppter sapientiaz. qz
in greca sapientia et philosophie studiū pri⁹ viguit. Etiam
ppter nobilitatem et dignitatem romani imperij latina sibi as
sumitur. Quātum ad terciū est sciēdū. qz magna est horū
verborū efficacia. Legitur enī dum beatus basilius clama
set kirieleyson porte papiensis ecclesie clausa nullo reseran
te vltra hoc sūt aperte. Rursus dum beatus german⁹ ki
rieleyso clamaret quiqz reges i fugam conuersi sunt. vnde
forte kirieleysō significat aliud qz dñe miserere quod tñ ig
noram⁹. vel melius dicit qz hoc ppter sanctitatē illoz hoīz
factum sit et fiduciam et firmā fidē quā habuerūt i inuoca
tione diuine misericordie clamādo kirieleyson. Ad quartū
scz quare nonies reiterat hui⁹ multe sunt cause. Prima est
alexandri de balis dicentis qz hoc fit vt ecclesia ad nouē or
dines angelorū associata pueniat. Nam de quolibet ordi
ne aliqui ceciderūt et nō supstiterūt: qz nondū erant distic
ti. Secūdū. alios vt ruinas istoꝝ angelorū implere valeam⁹
nonies cantat. Secūdo nonies reiterat cōtra nouē genera
peccatoꝝ. est enī peccatū cogitatiois. locutionis. et opis Itē
peccatū veniale. mortale. et originale. Itē peccatū maligni
tatis seu in spūm sc̄m. fragilitatis p impotentiam resistē
di quod dicit peccatū in patrē. et peccatū simplicitatis per

ay qz in missa dicit
verba ebraica/gara/2 lana

ay

ay nouz qna pax

ay de pmo ne kirieleyson

ignorantiā quod dicit peccatū i filiū. Quia ergo nouē mo/
dis peccando excedim⁹ rationale est vt nonies dei miseri/
cordiam imploramus. Tercia causa sic ponit kirieleyson. signifi/
cat diuine misericordie inuocationē qua nouē modis idige/
m⁹. Prio trib⁹ modis ad peccatorū remissionē q̄ ppetram⁹
tripliciter. scz ore corde. ⁊ ope. Secūdo trib⁹ modis ad gra/
tie collatōez. scz fidei spei. ⁊ caritatis. Tercio trib⁹ modis
quātū ad glorificatōez qua gaudebim⁹ supra nos in futu/
ro in deo. scz in tota trinitate. intra nos de glorificatione
sue ⁊ corporis. iuxta nos de primis ⁊ sanctis angelis. Quar/
ta causa vt nouē effectus grē impetremus. q̄ sunt viuifica/
tio. similitudo. gratificatio. purgatio. pfectio. illuminatio.
excitatio ad bonū. justificatio. ⁊ pmissio. Ad quātū est sci/
endū q̄ kirieleyson ter dicit referēdo ad patrē. xpeleyso ter
dicit referēdo ad filiū. Itē kirieleyson ter dicit referēdo ad
spūm sanctum. Dubitat modo quare sub eodem vocabu/
lo dirigitur ad patrē ⁊ ad spūm sanctum. Et sub alio vo/
cabulo ad filiū. Et ratio est ista. q̄ si idem filius sit eju/
dem nature cum patrē ⁊ spū sancto. tamē etiam est alteri⁹
nature a patrē ⁊ spū sancto. cum ipse sit gygas gemine sub/
stantie. qz natura diuinitatis ⁊ humanitatis in xpo vnum
suppositū intelligunt. qz deus ⁊ homo vnus est xps. iuxta
symbolū athanasij. Idcirco vocabulū illud variat ad filiu
Quare autē xpus ponitur in medio huius ternarij. Isti⁹
ratio est. qz ipa est persona media in diuinis. Item qz ipse
habet rationē multiplicis medij. scz gramatici tenentis cō/
gruitatē. logici docentis veritatē. terborici cōferētis deco/
cozem. etbici deferentis bonitatem. mathematici abstrabē/
tis dyaboli potestatem. In quibusdam alijs statim post vl/
timū kirieleyson subiciunt ymas quod ē verbū grecū ⁊ so/
nat latine nobis. ⁊ est sensus. kirieleyson ymas id est potē/
tia diuina miserere nobis. Ad sextuz dicitur q̄ i primitiua
ecclesia tā a populo q̄ a clero cantabatur kirieleyso. quod
etiā nūc vt dicitur de coronatione pape seruat. Sed ppter
disonātiā beatus gregori⁹ ordinauit. q̄ a clericis alter/
nati cantaretur. Ad vltimū dicit q̄ sicut dictū ē. officiu sen/
itroitus significat desideriu aduent⁹ xpi in carnem. postq̄
e q̄tur kirieleyson vbi aduentus spūalis i mente petit. Ideo



dicit kirieleyson id est miserere nobis.

Capitulū. viij. de cantu angelico. scz gloria i excelsis.
⁊ de eius expositōe ⁊ quare i missa beate virginis i hoc
cārico interponit spūs ⁊ alme orphanor.

⁊ institutōe thelesseri pape mox dicto kirieleyson sa/
cerdos i festiuitatibus cōgruētibus inchoat ymnuz
angelicū videlicet gloria in excelsis. ymnū qdē an/
gelicū quē āgeli auditi sūt decantari sicut legit luce. ij. Iste
ymn⁹ angelic⁹ testimoniū p̄hibet temporali natiuitati xpi
quē sacerdos solus inchoando p̄nunciat. qz ortū saluatoris
solus angel⁹ cui⁹ psonā p̄sibit gerit iudeis tunc a dextris
positis prio nūciauit luce vbi supra. Ecce euāgelizo vobis
gaudium magnū quod erit omni populo. quia hodie natus
est saluator. Circa istum ymnū prio videndum est quid
representat. Secūdo quare immediate post introitū ⁊ kirie/
leyson decantat ⁊ quare sacerdos primo incipit ⁊ p̄nunci/
at. ⁊ postea clerus p̄sequit. ⁊ quare i medio altaris a sacer/
dote incipitur. Tercio videndum est de expositione totius
ymni quis residuā partē cōposuerit. Quarto quare in mis/
sa beate virginis interponunt aliqui tropi. scz primo geni/
tus. Quātū ad primū sciendū. q̄ illud cāricū cantat ad re/
p̄sentandū illud gaudū quo gauisi fuerūt angeli i natiuita/
te dñj de humani generis reconciliatōe ⁊ de ruine restaura/
tione. Ante natiuitatem enim xpi tres fuerūt inimiciarū
parietes. Primus paries fuit inter deum ⁊ hoīem. Secun/
dus inter angelos ⁊ hominē. Tercius inter hoīes ⁊ hoīes.
Homo namqz suum creatorem per inobedientiam offende/
rat: ⁊ per suum casum restorationem angelorū ipediuit
⁊ homo ab homine per varios ritus se separauerat. Iude⁹
nāqz cerimonias excolebat. gentilis ydolatriā exercebat.
ritus vnus alteri displicuit. Sed veniens pax nostra fecit
vtraqz vnū. Destruxit enī inimiciarū materiam. ⁊ cōcur/
rentes parietes in se angulari lapide copulauit. vt de cete/
ro esset vnū ouile ⁊ vnus pastor. Abstulit ergo peccatum ⁊
reconciliauit hominē deo. reparauit casum. ⁊ reconciliauit
āgelo hominē. destruxit rit⁹. ⁊ recōciliauit hominē homini

Restantavit ergo s3m apostolū ad ephe. s. que i celis 1 i ter-
ris sūt. Et ob hoc ista celestis milicie multitudo psallebat
gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus iudeis 1
gentilibus bone voluntatis. Exhinc q angelus loqitur pa-
storibus. 1 gaudet. satis apparet q pax inter hominē 1 an-
gelū est reformata. Nascitur deus homo. ideo pax inter de-
um 1 hoīem est restituta. Nascitur i presepio bovis 1 asi-
ni. quia pax inter boies 1 hoies ē reformata. Per bouē enī
indaycus 1 p asinū gētilis pplūs designat iuxta illud ysa. s.
Cognovit bos possessore suū. 1 asin⁹ p sepe dñi sui. Hoc er-
go canticū primū ē angelicū 1 parti hūanū. Ad hoc designā-
dū. q quē āgeli venerant i celis. 1 nos hoies veneremur i
terris. Et similiter i hoc designat spes ecclesie. qz vna cū
angelis speram⁹ nos decātaturos 1 laudaturos deum quo-
tidie. vnde iam illorū cāticū assumimus. Quātū ad secūdū
videndū videlicet quare imediate post introitum 1 kirielecy-
son seqtur gloria i excelsis Secundo quare sacerdos primo
incipit 1 pñnciat. 1 postea chorus pseqtur. Tercio quare i
medio altaris a sacerdote icipitur. Ad primū dicitur qz vt
dictum est supra. p introitum seu officium 1 p kirielecyson du-
plex aduentus xpī designatur. Post vtrunqz aut aduentus
xpī. scz in carnem 1 in mentez debet aut homo gaudere le-
ticia spūali. 1 eam exprimere voce vocali quod gloria i ex-
celsis signat. Ideo statim post officium 1 kirielecyson sequi-
tur. Ad secūdū dicitur q sacerdos significat angelum pri-
mo cantantē. sed chorus significat illos. de quibus dicitur.
facta est cū āgelo multitudo celestis exercitus laudatiū 1 di-
centiū Gloria in excelsis deo luce. ij. Respondet aut totus
chorus post iceptōem sacerdotis ppter hoc. vt detur itelli-
gi affectio intensa quā habet ecclesia essendi cū angelis. S3
dicitur ab oibus simul vt vnus fiat chor⁹ angelorū 1 hoim
qz tūc hoies erūt sicut angeli in celis. Quare aut sacerdos
canit gloria in excelsis stans ante medium altaris. Huus
tres cause possunt assignari. Prima qz iste ymn⁹ angelic⁹
fuit dictus ad laudē xpī. Apostolus aut dicit prima ad thy.
q mediator dei 1 hoim est xpūs. per cuius mediacionē pla-
cati sumus deo. 1 ergo ille ihesum xpī mediatorē desig-
nat. Ideo dicitur in medio altaris. Itē fit ad cōmemorāōn

illud quod dicit sapiētie. xvij. Dū medium silenciū tenerēt
omnia 1 nox in suo cursu medium iter haberet omnipotēs
sermo tu⁹ dñe de celo exiliēs a regalibus sedibus venit. Ad
designandū ergo q xpūs natus est in media nocte. Ideo dicit
in medio altaris. Tercio hoc representat illud quod āgelus
qui primo natiuitatem xpī annunciauit stetit in medio il-
lorum quibus annunciauit. iuxta illud luce. ij. Et ecce an-
gelus dñi stetit iuxta illos. 1 claritas dei circumfulsit eos.
quare aut icipiat a sacerdote facie versa ad oriētē. Dicēdū
q ideo qz iste ymn⁹ vt dictū ē cantat⁹ fuit i ortu suo. De
xpō aut dicit Job. Ecce vir oriēs nomen eius Et luce. s.
Visitauit nos oriēs ex alto. Consuetudo aut aliquorū reli-
giosorū ē q sacerdos in dextera parte altaris stans intonat
gloria in excelsis. Et hoc iterū conuenienter fit. qz natiui-
tas xpī plena fuit gaudio 1 leticia. i cui⁹ ānūciatōe hoc cā-
ticū ab angelis fuit auditū. iuxta illud luce. ij. Ecce enāge-
lizo vobis gaudiū magnū. Quōdo ea que leta sunt. gaudio-
sa 1 prospera. per dexterā designant. aduersa vero seu trif-
tia p sinistram iuxta illud psalmiste. lxj. Cadēt a latere tuo
mille 1 decem millia. 1c. Rationabiliter ergo pfbiter illi⁹
natiuitatis gaudiose ānūciatōne cōmemorās i dextera pte
altaris illud canticū itonat. Quātū ad terciū quo ad ilius
ymni angelici 1 humani expositōne est sciendū. q illud to-
rum canticū prima sui diuisione diuidit i duas partes. scz
i partem angelice decantatam. 1 partē humanit⁹ apposita
Secūda ibi laudam⁹ te. Prima pars est bimembris i qua
duo exprimūtur. Primo exprimit exultatio angelorū in tē-
porali natiuitate xpī. ppter quā glorificauerunt deū in di-
uinis 1 in excelsis ratione restorationis angelice ruine cū
dicit gloria in excelsis deo. Secūdo exprimit ab āgelis cā-
tantibus humani generis cū deo recōciliatio quā tempore
ortus sui p habūdātiā pacis in terris protic existentē dñs
designauit. iuxta illud psalmiste. Quēt in diebus eius iusti-
cia 1 abundantia pacis psalmo. xlj. Secūda pars tangit cū
subiungit. Et in terra pax hominib⁹ bone volūtatis. Pri-
ma pars exponit sic vna cū sequēte particula. Gloria id ē
clara laudis leticia supple sit deo in excelsis. Quod duplici-
ter exponit. vno modo in excelsis id est in angelis qui non

peccauerūt nec inter se discordiā habuerūt. Secūdo modo in excelsis id est in sublimib⁹ angeloz habitaculis. Et pp̄ hoc enāgelista dicit. Gloria in altissimis deo. ⁊ sic ē sensus istius particule. Gloria ē ⁊ sit deo. in excelsis. id ē in celis ⁊ in angelis de angelice ruine reparatione. que facta est per xp̄i natiuitatē. Et in terra subintellige sit pax hominibus id ē tam iudeis q̄ gentilibus bone voluntatis id ē istis q̄ xp̄m recepturi sunt ⁊ in ip̄s credituri. ⁊ eius mādata obseruari. Inter iudeos ⁊ gentiles facta est pax per cristi natiuitatem. quia cristus vtriusq; partis ritus destruens tanq̄ in se angulari lapide in vnitare fidei ex vtraq; parte populuz sibi electū copulauit. ⁊ gentē sanctā in sanguine suo sibi cōsecrauit. Secūda ps hui⁹ ymni. scz laudam⁹ te vsq; ad finē a beato ylano pictanēsi ep̄o legit fuisse apposita. qz solū prima pars in primitiua ecclesia dicebat in missa. Innocenti⁹ vero dicit ista a thelesforo papa esse addita. Alij a symacho papa. Et idem instituit q̄ illud canticum in dieb⁹ festinis apostolor. martirū. virginū. ⁊ confessorū. ⁊ generaliter dieb⁹ dñicis qm̄ nō esset tēpus luctus ⁊ penitentie de beat decantari. vt in hoc recolamus sanctos p̄ dñicam resurrectionem esse angelis associandos. ⁊ iam in gloria esse sociatos. verū qz scz senecā. non quis dicat sed quid dicat attendendū est. Et ideo firmiter est credendum. ea ecclesia sticos doctores cōposuisse. ⁊ a sumis pontificibus illas particulas appositas fuisse. vt dicit de cōse. dis. prima. Et diuidunt illa pars vno modo in duas ptes. Primo enī ponitur illud quod p̄inet ad laudē s̄cte trinitatis in cōmuni. Secundo quod p̄inet ad laudem cuiuslibet p̄sone in speciali. Ibi dñe deus rex celestis. Prima adhuc in quinq; secunduz quod quinq; attribuit trinitati p̄ excellentiā. ⁊ scz hoc ponit hic quinq; clause. Primo enī attribuit trinitati potentia. ideo dicimus laudamus te. scz ratione potentie bene operantis. Nam tam bene operati laus debetur. Item attribuit trinitati sapientia. ideo dicim⁹ benedicim⁹ te. ratione sapientie omnia disponentis. Itē p̄ uidentia. ideo dicimus adoram⁹ te. scz ratione p̄ uidentie omnia sustentis. Item maiestas cū dicim⁹. glorificamus te. scz ratione maiestatis oibus presidentis. Itē bonitas per excellentiam. ideo

subiungitur. gratias agimus tibi: scilz ratione bonitatis oibus exhibite. Et hec oia facere debemus: q̄ tu es dign⁹ q̄ fiant tibi p̄pter magnā gloriā tuā: q̄ dign⁹ es laudari ⁊ b̄ndici. Deinde ibi. dñe de⁹ rex celestis. ponuntur laudes p̄tinentes ad singulas p̄sonas specialiter. Et diuiditur in tres particulas. P̄mo ponit laus dei p̄is ibi. dñe de⁹ rex celestis. vbi oñditur potentia imperialis. Secundo laus filij ibi. dñe filij vnigenite. vbi oñditur pietas filij Tercio laus sp̄s sancti. ibi cū s̄cto sp̄u. vbi ponit bonitas naturalis P̄mo igitur dicimus ad laudē patris. dñe de⁹ rex celestis. Nam in ipso ē primitas auctoritatis. ideo dicit dñe. Causalitas vniuersalitatē ideo dicit de⁹. Ip̄e etiā ē a quo est ois maiestas imperialis: ideo dicit rex: q̄ ipse est rex regū. Felicitas eter- nalis: ideo dicit celestis. quia ibi suā felicitatē manifestat. Proprietas p̄sonalis. ideo dicit de⁹ pater. Proprietas generalis. ideo dicit oipotēs. quasi p̄ oia potēs facere q̄ nō implicat cōtradictionē. Sequitur. Dñe filij. vbi ponit laus filij. ⁊ quatuor innuntur. scz quod quatuor modis sibi aliqua cōueniūt. P̄mo cōueniūt sibi aliqua rōne diuinitatis. ⁊ secundū hoc cōueniūt sibi tria. P̄mo q̄ de⁹ existit. ideo dicitur dñe deus. Secūdo sibi cōuenit q̄ est a parte p̄ moduz nature. ideo dicitur filij. Tercio q̄ procedēs totā naturam patris habuerat. ideo dicitur vnigenite. Secūdo cōueniūt sibi aliqua rōne humanitatis. s. vniuersalis redēptio. ideo dicitur Ihesu quod interpretatur saluator. Secūdu est generalis diffusio: ideo dicitur xp̄e quod interpretatur vnct⁹ In xp̄o enī fuit plenitudo gratiaz ⁊ vnctio. a quo tanq̄ a capite fluit rini gratie sicut a fonte. Tercio cōueniūt xp̄o aliq̄ ratione suppositalis vnionis vel vnitatis nature. s. diuine ⁊ humane. Quia sicut dicitur i simbolo atbanasij. sicut aia rōnalis ⁊ caro vn⁹ ē homo. ita de⁹ ⁊ homo vnus ē xp̄s. Et ex hoc cōperit sibi q̄ est deus. Ideo dicitur de⁹ cōtra arianos. q̄ dicūt eū esse creaturā. Itē q̄ sit ymmolatus: ideo dicitur agnus dei cōtra manicheos. q̄ dicūt ip̄m nō fuisse immolātū nec passū. Itē q̄ sit filij patris: contra sabellianos q̄ dicūt aliū filiū virginis a filio patris. Quarto cōueniūt filio aliqua ratione sue miseratiōis q̄ sūt tria. P̄mo sup- plicam⁹ p̄ expiatione peccaminū ibi. q̄ tollis peccata mū

di miserere nobis. Secundo per exauditione peccaminu. ibi qui tollis peccata mundi suscipe deprecatione nostra. Tercio pro remuneratione solaminis ibi. qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Et quonia supplicantes comuniter consueverunt allegare causa et ratione quare debet exaudiri. ideo consequenter allegamus triplicem causam dicendo. Quonia tu solus sanctus: ideo debes indulgere peccata. Tu solus dominus. scilicet exaudiens peccamina. Tu solus altissimus. scilicet conferens eterna solamina. Tu sancto spiritu. Hic ponuntur spectantia ad laudem spiritus sancti qui sunt duo. Primum personalis proprietates: ideo dicitur cum sancto spiritu. Secundum summa et coeterna felicitas. ideo dicitur in gloria dei patris. Ultimo sequitur amen. in quo optamus nobis omnia confirmari et fieri. Ubi nota quod amen est dictio hebraica. et aliquando est nomen et tunc idem est quod veritas. Unde apoc. iij. hic dicitur amen: qui est testis fidelis. Aliquando est adverbium. ut in euangelio amen amen dico vobis. id est vere. Aliquando est verbum et tunc idem est quod fiat. Unde ps. Et in seculum seculi fiat fiat. Ubi nos habemus fiat: ibi habet amen. Et isto modo sumitur hic et in conclusionibus collectarum versus Amen pro vere: duo sunt adverbia quali. Amen pro fiat: tunc verbum deficiens est. Si deus est amen indeclinabile nomen. Aliter potest legi ista secunda pars et scilicet hoc potest dividi in tres partes. In prima parte deum laudantes: sibi gratias referimus de christi natiuitate. In secunda parte specialiter filium invocamus et imploramus suam misericordiam allegantes: propter quod decet deum nostri misereri. Tercio sanctam trinitatem sub unitate essentie exprimentes et confitentes conclusivum preconisamus. Secunda ibi. Domine deus agnosce dei. Tercia ibi. quonia tu solus. Et exponitur littera. Domine deus rex celestis deus pater omnipotens. Domine ihesu christe fili unigenite et sancte spiritus: propter tuam magnam gloriam. id est propter tuam ineffabilem maiestatem et dignitatem omni honore et quibuslibet modis reuerentie excolendam et magnificandam nos laudamus te cuncta optime facientem. benedicimus te plenitudine omni boni. continentem. adoramus te deum summum devote profitentes. glorificamus te tua inenarrabilia opera predicantes. gratias agimus tibi tuam mirificam bonitatem in redimendo nos cognoscentes. Secunda pars domine deus agnosce dei. In qua specialiter filium imploramus: allegantes propter quod decet de-

101
um nostri misereri. Et constructur ista pars sic. domine ihesu christe agnus dei filius patris: Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Hic bis imploramus misericordiam dei dicentes bis miserere nobis propter duplex genus peccati. scilicet propter peccatum originale: et propter peccatum actuale. sic quod primum referatur ad peccatum originale: quod proprie dicitur peccata mundi. eo quod totum mundum fecit reum eterna damnatione: et secundum miserere referatur ad peccatum actuale quod est duplex. scilicet veniale et mortale. et ergo etiam petit. Domine christe qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram: pro hoc insinuamus quod deus nos abilitat peccata tollendo: ut deprecatio et oratio exaudibilis reddatur. Et est hic sciendum de hoc quod dicitur quod christus sedeat ad dexteram patris qui a possunt intelligi tria. Uno modo gloria diuinitatis: in qua dei filius exiit ante secula: ut deus est patri consubstantialis. Alio modo per dexteram beatitudo patris intelligitur. unde beatus augustinus pro sedere habitare intelligitur. quemadmodum dicimus de quocumque homine quod in ista patria per tres annos sedit. Sic ergo credite christum habitare in dextera dei patris. Beatus enim est qui habitat in beatitudine que dextera vocatur. Tercio per dexteram dei patris intelligitur potestas iudiciaria. Unde augustinus. Ipsam dexteram intelligit potestatem. quare accepit ille homo susceptus a deo: ut veniet iudicaturus qui prius venerat iudicandus. Igitur christus secundum quod deus ad dexteram patris sedet. id est equalis est patri in diuinitate et maiestate: secundum primam expositionem. Christus vero secundum humanitatem sedet ad dexteram patris. id est in portionibus bonis patris. id est in eterna beatitudine habet iudiciariam potestatem: iuxta secundam et tertiam acceptionem dextere. In tertia parte trinitatem personarum in unitate confitentes essentie: conclusivum laudamus dicentes. Quonia tu ihesu christe cum sancto spiritu in gloria dei patris. id est idem cum sancto spiritu et patre es solus sanctus. solus dominus: solus altissimus pro plenitudine et non pro participatione vel communicatione ab alio. Et nota quod hic et in precedenti parte tanguntur quinque propter quod decet deum nostri misereri. Primum quia ipse est agnus dei oblatum pro peccatis mundi tollendis in ara crucis: semel realiter et usque ad consumationem seculi in forma panis sacra-

mentaliter. Secundū ē quia pacta nostra redēptione ⁊ de/
nūta morte fact⁹ est noster aduocatus sedēs ad dexterā pa/
tris in gloria. Tercū ē quoniam ipse sꝑm q̄ homo: est sanct⁹
sanctorū quē vnxit deus p̄c̄ confortibus suis oleo leticie. vt
ipse solus inter hoīes sit sanctus p̄ plenitudinē virtutū: et
spūalium carismatū. vt de plenitudine eius omnes accipia/
mus gratiā. Quartū ē q̄a ipse vt est filius hoīs solus ē dñs
cōstitutus iudex a deo viuorū ⁊ mortuorū. Cui dicitur est.
Postula a me ⁊ dabo tibi gentes. Quintū q̄a ipse est solus
altissimus: quē p̄pter meritū passionis de⁹ exaltauit: ⁊ de/
dit illi nomē quod ē sup̄ omne nomē. ad philip. ij. Hoī igit̄
quinq̄ intuitu: decet xpm̄ p̄cipue deuotione ad se clamatiū
acceptare ⁊ eorū misereri. Quantū ad quartū principale. q̄/
re videlicet in missa beate virginis aliqui tropi interponun/
tur. Rñdetur q̄ p̄pter sex privilegia beate virginis sex tro/
pi interponūtur. Primū ē cōceptionis. Conceptit. n. opatio/
ne ⁊ obūbratione spūsancti. ⁊ ideo apponitur primus tro/
pus. s. spūs ⁊ alme orphanorū pacite. post illū versū. dñe fi/
li vnigenite. Secundū privilegiū habuit rōne diuini gene/
ris. quia beata virgo meruit eū t̄paliter generare ⁊ sine pa/
tre. quē deus pater sine matre genuit eternaliter. Et ideo
dicitur primogenitus marie. Et ly primogenitus nō dicit
ibi ordinem quasi alius sit secutus post euz: sed dicit digni/
tatem. Vel primogenitus. i. anteq̄ nullus fuerat genitus
nec etiam post. Tercium habuit ratione materne dignita/
tis que est illa maxima laus ⁊ gloria. Ideo additur ad ma/
rie gloriā. Vel aliter propter privilegiū diuine miseratiōis
que nobis p̄ eam cōmunicata est. quia q̄ deus nos exaudit
ad gloriā eius cedit. Unde de eo canitur. Audi nos nam
te filius nichil negans honorat. Quartum habuit ratioe sã/
ctificationis. quia nullo modo peccare potuit. Unde in ps.
Sanctificauit tabernaculū suum altissimus. Et ideo addi/
tur. Mariam sanctificās. Quintū habuit ratione cōserua/
tionis. q̄a tāta plenitudo gratie in eaz supuenit. q̄ eā ab oī
peccato actuali cōseruauit. Tñ ang. Cum de peccatis agi/
tur de maria noli fieri mētionē. Ergo additur Mariā gu/
bernans. Sextū habuit ratioe exaltatiōis seu coronatiōis.
Unde canit ecclesia. Ecce exaltata es sup̄ choros angelorū

Et ideo addit Mariam coronās

Capitulū. ix. quare non semp canit
Gloria in excelsis.

Secundū symachū papā: gloria in excelsis vt dicitur
est in ca. p̄cedēti. In dieb⁹ festiuis apostolorū. mar/
tiz. virginū. ⁊ cōfessorū debet decātarī. Et generali/
ter in dieb⁹ dñicis nisi fuerit temp⁹ luctus ⁊ penitētie. vt i
aduētū dñi. ⁊ a septuagesima vsq̄ ad vigiliā pasce. Etiaz
non debet decātarī in dieb⁹ profectis: ⁊ in dieb⁹ ieiuniorū
nisi sit ieiuniū exultatiōis: vt in vigilia pasce ⁊ p̄thecostes
Et in missa defūctorū etiā non cātarur Est tñ sciendū q̄
episcopus bethlebemitanus omni die ⁊ omī missa etiā pro
defūctis cantat gloria in excelsis. eo q̄ iste ymnus luca at/
testante. primo in bethlebemitana regione ē decantat⁹ Sz
quare gloria in excelsis nō canit in aduentu: p̄terq̄ in solē
ni ⁊ duplici festo. b⁹ multiplex rō assignatur. Prima vt p̄ i
terpellationē cant⁹ istius ymni. iste ymnus quasi innouari
videtur in nocte natalis dñi in qua primū fuit decantatus
⁊ sic in maiori deuotōe ⁊ leticia decantetur. Secūda rō: vt
cū maiori reuerentia. honore. leticia. ⁊ deuotione decantet̄
q̄a que cum interpellatione dicuntur maiorem feruorē ha/
bent. Tercia causa q̄a hoc tēpus aduent⁹ designat t̄pus an/
te natiuitatē xpi: quod erat t̄pus tristitie. ⁊ non leticie nec
iocunditatis. eo q̄ adhuc ianua paradisi erat clausa: q̄ xpo ad/
ueniente patefacta est. ⁊ ideo tūc ab angelis debuit decāta/
ri. Quarta causa q̄a gloria in excelsis est cātus leticie. ideo
tūc obmittit̄ propter significandā afflictionē sãtorū patruz
⁊ ad figurandū quāta patiebant̄ ex longa expectatione xpi
uenturi. Spes enī q̄ differtur affligit animā. p̄uer. ij. Sed
diceres. quare tūc cantatur alleluya in aduentu dñi Rñdet̄
q̄ duplici ratione. q̄a licet haberēt afflictionem de eo q̄ fill/
us dei tantū tardabat venire. ⁊ ideo dimittitur gloria i ex/
celsis. habebāt tñ leticiā de certitudine p̄missionis: q̄a certi/
ficati fuerūt de redēptiōe generis humani p̄ xpm̄ factura. ⁊
in ista spe firme exultabūt. iuxta illud iobā. viij. Abrahā
exultauit videre diē meū. ideo tūc cātarur alleluya. Secun

da ratio est. q̄a tūc fit mētio de aduētū xp̄i. q̄ ē duplex. Un⁹
in carnē q̄ est iocūdnus. ⁊ ideo canitur allā. Ali⁹ erit ad iudi
cium. ⁊ iste est dolorosus ⁊ tremēdnus. ideo dimittitur glo
ria in excelsis. Sed quare nō cantat̄ in festo innocētū. du
plex est ratio. Prima q̄a innocētes in vituperiū xp̄i fuerūt
occisi. igitur in signū detestatiōis ⁊ propter dolorē parentū
nō cantatur in ipsoꝝ festo. quia tūc impletū ē illud Jere. iij
⁊ habetur Matb. ij. Vox in rama audita ē ploratus ⁊ ulu
latus ⁊c. Secūda rō q̄a tūc innocētes occisi. statim descen
derūt ad limbū. ⁊ nō venerūt ad paradisi nisi post xp̄i passi
onem. ⁊ ergo in ipsoꝝ die non canitur. Sed in octaua canit̄
quia dies octaua significat temp⁹ adeptiōis glorie celestis
⁊ future resurrectiōis: q̄ erit in gloria ⁊ gaudio. Sed quare
nō cantatur in quadragesima vsq; ad vigiliā pasce. hui⁹ rō
assignatur de cōs. dis. j. ca. bi duo. Quia tūc sacra ecclesia re
colit trāsgressiōē primi parentis. p̄ quā impedita fuit re
stauratio ruine angelice. ⁊ ideo tūc tacet cātum angelicū ⁊
leticie. Secūda causa quia illud temp⁹ representat tps quo
filij israel fuerūt in captiuitate babilonica: in qua siuerūt
a canticis leticie. ita xp̄iani: viri israhelite solēt suspendere
cantica iocūditatis vsq; ad pasca in quo facta est a xp̄o libe
ratio plenaria a seruitute dyaboli: q̄ per captiuitatē babilo
nicā fuit figurata. In missis etiā defūctoꝝ nō canitur. quia
certitudinē de gloria defūctoꝝ nō habemus. Etiaꝝ quia of
ficiū defūctoꝝ est lamētabile. ideo cārica leticie in eodē ob
mittuntur. Sed dubiū adhuc manet. q̄n regulariter de
beat decātari seu dici ymnus angelicus. Ad hoc respondet
extra de cele. missaz ca. cōciliū. vbi dicitur q̄ debeat cātari
q̄n in matutis dicitur Te deū laudamus. Sed hec regula
fallit in sabbato pasce ⁊ in die cene s̄zm officiū romanum.
De sabbato sancto redditur ratio de cō. dis. j. vbi dicitur q̄
illa missa spectat ad diem pasce. quare tūc dicitur alleluia
⁊ gloria i excelsis. q̄a tūc redditum est gaudium angelicū
In die autē cene dicitur ab aliquibus episcopis. s. cū crisma
cōficiūt ⁊ nō aliter. nec a simplicib⁹ sacerdotib⁹. ⁊ hoc rati
one priuilegij ⁊ celebritate singulari. q̄a illo die fuit a xp̄o
sacrificiū institutū.

Capitulum. x. de salutatione sacerdotis. s.
Dñs vobiscū ⁊ de collecta.

Angelico ymno finito sacerdos se ad populū volūēs
seu conuertēs salutat illū dicens. Dñs vobiscū. Que
salutatio supra ē de libro ruth ca. ij. vbi legit̄ boos
sic salutasse messorēs suos. Et iudicū. vj. Angelus salutās
gedeonē dixit. Dñs tecū viroz fortissime. Et illa salutatio
representat salutationē quaz ihesus fecit discipulis suis post
resurrectionē. Quā salutatōꝝ sacerdos p̄mittit añ oratiōēs
vt populū reddat attētū ⁊ vt ei⁹ mens ad deū dirigat̄ Et
exponitur Dñs vobiscū. i. dñs in vobis maneat: ⁊ vos pre
mio vite eterne remuneret ⁊ petitionib⁹ vestris effectū tri
buat. vt gratiā dei impetretis p̄seuerantes in illa Alio mo
do exponitur sic. Dñs vobiscū. i. dñs p̄ suam gratiā vos vi
sitet: ⁊ vobiscū manens sanctificet. vt sic petitiones vestre
effectū consequantur. Chorus respondet. Et cum spū tuo
Quod sumptū est de secūda epistola beati Pauli ad thymo
ij. vbi dicit. Dñs noster ihesus xp̄s cū spū tuo. Et ē sensus
Tu pro nobis futurus es preces ad dñm Et quoniā tantū
illas p̄ces approbat ⁊ exaudit q̄z de bono corde procedūt
Oramus ⁊ nos similiter p̄d te vt iste sine quo nullū ē bo
num. sit cū spū tuo. vt qui a te ore profertur ⁊ in os tuum
sumitur: sit tecū in corde ⁊ in te maneat. Sed diceret ali
quis. quare populus optat vt dñs sit solū cū spiritu eius ⁊
nō cum toto sacerdote. Cū tamen dicit sacerdos. Dñs vo
biscū: non solū in spū sed etiā in corpore. Potest sic respō
deri q̄ in hac responsione populus se totaliter offert ad acti
onem ymmolationis sacramēti ⁊ ad impetrandū petenda.
Ad quā ymmolationem sacerdos procedit. in qua per spiri
tum totaliter eleuatus: ⁊ ab omni terrenitate prorsus ob
stractus debet esse. Et ideo dicitur sibi. ⁊ cū spū tuo. s. vt
debet intelligi q̄ sacerdos debet esse totus spūalis. Et no
ta q̄ ista salutatio dñs vobiscū: ad simplices spectat sacer
dotes. Sed episcopus qui p̄fectus debet esse ⁊ expressā simi
litudinem xp̄i gerit vt se vicarium xp̄i ostendat vritur ora
tus prima vice verbo iohan. xx. paz vobis. que fuit pri
ma vox dñi ad discipulos post resurrectionem: quando eis

post resurrectione apparuit. quasi diceret. In presenti detur vobis pax pectoris et cordis. sed in futuro pax eternitatis. De vtraque pace dicitur iobā. xij. Pacea mea relinquo vobis pacem meam do vobis. Et ep̄s oraturus mitram deponit. ut sic nudo capite: sicut et alter sacerdos oratione compleat. quia vir secundum apostolum reuelato capite debet orare. quatenus inter deum et ipsum nullum malicie sit velamen. et reuelata facie gloriam domini contempletur. Postea ad instar ceterorum sacerdotum dicit dominus vobiscum ut sic se unum ex eis esse ostendat. Item nota quod populus septem vicibus a sacerdote in missa salutatur. quatenus exclusis septem vicibus capitalibus: gratiam sancti spiritus suscipit septiformem. Misterium enim missae ad septem dona spiritus sancti refertur. Et ergo sex vicibus in missa dicitur dominus vobiscum. et una vice pax domini etc. quod etiam per salutationem habet. Et ergo in quatuor temporibus: saluatio ante primas collectas obmittitur. ne numerus septenarium transgrediamur. Prima saluatio fit ante primam collectam: et refertur ad spiritum sapientie. quia tunc ibi recolitur quomodo dei sapientia intravit mundum ad salvandum nos. Secunda fit in principio euangelii. per quam intelligitur spiritus intellectus. quia circa euangelium recolitur christi predicatio. christus enim predicavit ut illuminando intellectum nos doceret. Tercia fit post euangelium. vel post credo. per quam intelligitur spiritus consilii: quia ibi recolitur quomodo christus secreto dei consilio passioni se obtulit ut redimeret nos. Quarta in principio prefationis. per quam intelligitur spiritus fortitudinis. quia ibi recolitur christi crucifixio. christus enim in cruce pendens dyabolum expugnavit. et nos ab eterna morte liberavit. Quinta ibi pax domini. in qua spiritus scientie innuitur. qua christi resurrectio recolitur. quia christus resurgendo salutavit discipulos suos: et eorum sensus aperuit: ut nos erudiret. Sexta fit in principio orationis post communionem: in qua christi ascensio recolitur. per quam spiritus pietatis recolitur. quia sola pietate naturam humanam super astra levavit: ut nos exaltaret. Septima fit in fine ante benedictionem. qua recolitur christi adventus ad iudicium. et per eam spiritus amoris representatur. quia angeli tremunt cum venerit ad iudicium ut nos iudicet. Et quamquam septies populum salutatur ut dictum est. tamen solum quinque in istis salutationibus se ad populum vertit. et hoc signifi-

cat quinque apparitiones quas christus fecit discipulis suis in die resurrectionis que sunt magis approbate ex euangelio. Prima fuit marie magdalene. iob. xx. et marci ultimo. Secunda fuit eadem et alijs mulieribus redeuntibus de sepulchro cum dixit. Auerte mat. ult. Tercia petro quam apparitio designat per terciam versionem quam fit post manuum lotum. ubi sacerdos nichil alte dicit. quia illa representat apparitionem factam petro. de qua non fit mentio in euangelio quam aut ubi. aut quo facta sit. Quarta facta fuit duobus discipulis euntibus in emans luce ult. Quinta in domo absente thoma. Post hoc sacerdos parum de sua bonitate confidens universaliter ad se colligit ecclesiam dicens oramus quasi diceret orate omnes simul mecum. ut quod postulamus vobis impetremus. quoniam fiducialem dominus multitudinem eorum ex audit. Dicendo ergo oramus. hortatur ad orandum. quia et ipse christus monuit orate discipulos dicens. vigilate et orate etc. Postea ipse sacerdos orationes pronunciat quam noiant collecte. Dicit autem collecta per tanto. quia super populum collectam et congregatum dicit ut habet de conse. dis. iij. Et sic hec orationes proprie dicuntur collecte que fiunt super collectionem populi. scilicet quando populus colligitur ad stationem faciendam vel processionem de una ecclesia ad aliam. vel dicitur collecta. quia sacerdos qui fungitur legatione populi et stat quasi mediator inter deum et hominem vel populorum petitiones populi in se colligit et concludit. in quibus deprecatur pro nostris necessitatibus spiritualibus et temporalibus. Dicit autem in dextera parte altaris. quia per dexteram bona eterna et per sinistram temporalia designant. ut ergo ostendatur quod eterna et spiritualia prius petere debemus iuxta illud primum querite regnum dei. Ideo collecta dicitur in dextera parte altaris. vel etiam prodeo quia orationes in nomine christi fiunt. qui sedet ad dexteram dei mat. ult. Et nota quod orationum varii fuerunt inventores quorum numerus et varietas tantum crescebat. quod octavum consilium africanum constituit quod nulle preces vel orationes vel prefationes dicant nisi in consiliis fuerint approbate. Post hoc gelasius papa orationes et collectas tam a se quam per alios compositas in unum ordinavit. Beatus autem gregorius. seclusis hijs que nimia siue minus congrua videbantur rationabiliter coadunavit congrua multa nichilominus necessaria superaddens.

10/ opposita collecte

10/

11

Capitulum .xj. de numero collectarum et de conclusione earundem.

¶ Etenim quidam modum et ordinem excedentes orationes intantum multiplicat ut auditoribus reditum generat et fastidium. quasi deus ut homo multitudine verborum flexi posset cum ecclesia dominus per ysaiam dicat. Cum multiplicaueritis orationes non exaudiam vos. Et dominus per se in euangelio dicit. Nolite multum loqui orationes sicut ethnici faciunt. putant enim multiloquo se exaudiri. mat. vij. vij. cum dixisset apostoli. Domine doce nos orationem copiosam eos docuit orationem dicere. sic orabitis. pater noster. septem petitiones in se continent. Si ergo orationis forma sequentes sacerdotes in missa septenarium numerum non excedunt. Nam Christus septem petitionibus omnia necessaria corporis et anime comprehendit. ymo secundum communem consuetudinem orationes septem sub ipsa numero dicuntur. Ita quod in summis festis sicut quoniam est duplex vel totum festum tantum una collecta dicitur nisi forte in eodem die aliud festum occurrat. et tunc dicitur una ad designandum fidei unitatem. Aliquam dicuntur tres ad designandum mysterium trinitatis. et quia Christus tres ante passionem oravit dicens. pater si possibile est transeat a me calix iste. Aliquam quique ad designandum quique vulnera Christi seu quantum participata Christi passionem. Ita quoniam dicitur septem ad designandum spiritum gratie septiformis. seu septem dona spiritus sancti. Et secundum innocencium ille numerus excedi non debet. Et est sciendum quod totidem collecte et eodem ordine dici debent in secreta et post communionem quot preces fuerunt ante eplam. nec plures nec pauciores. Finis quoque debet suo principio correspondere. Et quilibet collecta post communionem et in secreta debet precedere convenire. Et nota quod si in missa per viuis vis interponere collectam per defunctis. tunc talis non debet esse ultima sed antepenultima seu penultima. Item quia si finis septem debet correspondere suo principio. Et in missa per defunctis non debet interponi collecta per viuis ut dicit guilbermus. quia mortui non valent inuare viuentes in hac vita. nec etiam valent implorare viuentibus vitam eternam. licet econverso ipsi possunt inuari ab eis quo ad utrumque. Immo nec ista oratio cois augustini. sed omnipotens sempiterna deus qui uiuorum dominus simul et mortuorum est dicenda in missa per defunctis. Secundum aliquos tamen collecta potest interponi de sanctis sic quod sit penultima.

ma. Sed de modo claudendi orationes sciendum. quod si in oratione sermo dirigit ad partem non habitam mentionem filii et spiritus sancti tunc concludit simpliciter per dominum nostrum iesum christum ut hic. Cede nos famulos etc. Si fit autem mentio de filio. hoc est dupliciter. vel in principio. vel circa finem. Si in principio. tunc concludit per eundem dominum nostrum. ut sibi deus qui in filii tui humilitate faceret mundum exexisti etc. Si circa finem. tunc concludit. qui uinit et regnat sicut in illa. Respice quoniam sumus domine super hanc familiam tuam. Aliquam etiam ipsa oratio dirigit filio directe. sicut ista oratio. Deus qui uirginale aulam. et tunc debet dici qui uinit et regnas. Si autem fit mentio de spiritu sancto. tunc concludit per dominum nostrum etc. et in fine dicitur in unitate eiusdem spiritus sancti deus sicut in ista oratione. deus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti. Si autem fit mentio de filio et spiritu sancto. tunc concluditur per eundem dominum etc. et in fine dicitur. in unitate eiusdem spiritus sancti. Aliquando autem de nullo istorum fit mentio. sicut in exorcismis et in orationibus aque benedictione et in quibuscunque officijs sepulture. tunc dicitur per eum qui uenturus est iudicare etc. ad terrorem demonum qui de iudicio finali plurimum terrent. Quis tamen dici posset per dominum. uersus per dominum dicat cum patre psaliter orat. Cum christum memorat per eundem dicere debet. Cum quo si loqueris qui uiuis dicere queris Qui tecum si sit collige finis in illo. Si spiritus alius. eiusdem dicere debes. Est tamen hic sciendum quod ut plurimum in fine collecte conclusiue subiungitur. per dominum nostrum iesum christum. quia sicut bulla antequam litteras papales. ita et omnes orationes bullantur nomine domini nostri iesu christi. Cuius duplex est ratio. Prima quia hoc fit ad splendendum documentum Christi quod ponitur. xxvij. iob. Quicquid perieritis patres in nomine meo dabit uobis. Per ipsum enim secundum christum et non per aliam uiam diuina beneficia ad nos possunt decurrere. quia ipse solus extitit mediator dei et hominum. unde et ipse sepius manus uel brachium domini appellat. Quicquid enim nobis donat per ipsum nobis datur. Secundo hoc fit propter meritum passionis Christi. quia omnia nobis in merito passionis eius dantur. Tunc subiungitur. in unitate spiritus sancti deus. quod dupliciter exponitur. uno modo sic. in unitate spiritus sancti id est una cum spiritu sancto. quia tres persone pater filius et spiritus sanctus sunt unum deus. Secundo in unitate spiritus sancti id est in spiritu sancto qui est

stodimus. Et ibidem dicit. Si enī adiuuante dño virtutes
patientie seruare contendim⁹. et in pace ecclesie vinim⁹ pal
mam martyrij tenemus. Sequitur. Petri: quem fecit dñs
clauigerum celi et caput ecclesie. q̄ in primitiua ecclesia mo
dum cōsecrationis et celebrationis adauxit. vltra verba cō
secratiōis dñicaz orōnem adiūgens: secundū quē modū in p
ribus orientalibus dicitur celebrasse vbi post passiōē dñi

quatuor annis cathedraꝝ tenuit sacerdotalē vt dicit rōna /
le. Sequitur. Pauli qui in terciū celū raptus de virtute h
sacramēti fuit informatus: et multā nobis secundū q̄ acce
pit a dño tradidit de hoc sacramēto et modū cōsecrādi et su
scipiendi vt dicit. j. ad cor. xj. Cōueniētib⁹ vobis in vnū q̄c.
et itez. Ego accepi a dño quod et tradidi vobis. Andree qui
de veritate huius sacramēti multū cuz agea disputauit. vt
habetur in eius legēda. Jacobi. intellige maioris. s. fratris
Jobānis euangeliste qui maior dicitur: quia vocatione prior
q̄ alter. Prius enī fuerat vocatus ad apostolatū q̄ alter.
Etiam prius ad regnū celoz puenit. quia ipse prius prop̄
testimoniū fidei et huius sacramēti inter apostolos fuit ab
herode martyrizatus. vt dicitur act. xij. Misit herodes rex
maus vt affligeret quosdam de ecclesia. occidit autē iaco
bum fratrem iobānis gladio q̄c. Iohannis qui in cena et hora
institutionis hui⁹ sacramēti sup pectus dñi recubens altitu
dinē misterij huius verbi incarnati et venerabilis sacramē
ti pre ceteris excellētissime hausit. Nam quis euangelista
rū tanta commemorat de pane illo celesti sicut iohānes p̄
examinanti q̄ nullus vt manifeste apparet Jobā. vj. p̄ to
tum capitulū. Thome. qui in loca clauoz dñi nostri Ihesu
xp̄i digitos suos. et manus suas in latus xp̄i intulit ad fidez
cōfortandā corporis xp̄i impassibilis et glorificati: quod assū
pserat p̄ resurrectionē de qua dubitauerāt. Jacobi minoris
qui frater dñi agnominatur. eo q̄ similis dño fuisse pbibet
et iustus cognominatus: ratioe eius excellētissime sāctitatis
hic inter ceteros apostolos. primū post ascensionē dñi pon
tificalem dignitatē ordinatiōe spūssanti et apostolorū acce
pit: et in eisdē iherosolimis existens episcopus primū hoc sa
cramentū dispensauit. Genealogia istius et aliorū quorūdam
continetur in his metris Anna solet dici tres cōcepisse ma
rias. Quas genere viri: ioachim. cleophas. salomeq̄. Has
duxere viri. Ioseph. alpheus. zebedeus. Parit prima xp̄m:
Jacobū secunda minorē. Et ioseph iustū: parit cuz simone
indam. Tercia maiorē iacobū volucréq̄ iobānem. Bartho
lomei. qui solus nobilis et philosophus inter apostolos phi
losophiā veram dei sapiētiā agnouit. p̄ cuius testimonio
pius fuerat excoziatus. Philippi. per cui⁹ hesitationē quā

no.

habuit de patre eterno et inquisitione qua fecit dicens. **D**ne ostende nobis patrem et informati sumus et docti de ore veritatis. de ineffabili unitate patris et filii. qui filius sub hoc sacramento continetur. **H**ic et dominus ei respondit Philippe qui videt me videt et patrem meum. Non credis quia ego in patre. et pater in me est. **J**ob. xvj. Qui tandem supra veritate ex alto totaliter confirmatus usque in finem perseverans: pro confessione constanti predicatione fidei: ratione cuius os lampadis interpretatur passione crucis interit. **Thaddei.** qui de theolo neo vocatus dominum sequebatur. et sic de publicano factus est apostolus. qui cum hoc sacramentum in altari immolaret et tractaret occisus fuit. **Simonis media correpta:** ad differentiam huius nominis **Simonis media producta:** quod est proprium nomen cuiusdam rustici. **Et dicitur simon.** a suo quod est con. et machian pugna. quia seipsum et sensualitate refrenando: cum vitis pugnabat. **Et hebraice simon.** latine audiens vel obediens interpretatur. **Et ad differentiam simonis petri dicitur est simon chananens.** de vico gallilee. scilicet chana ubi dominus aquam in vinum commutavit. **Et in uno evangelio vocatur zelotes.** Chana quippe zelotes interpretatur. inde zelotes. scilicet emulatores. et idem est zelotes et chananens. **Vel interpretatur ponens tristitiam.** quia habuit obedientiam preceptorum executionem tristitiam afflictorum per passionem zelus animarum per constantem dilectionis fervorem. **Hic sanctorum communionem in articulis fidei asseruit.** in quo et hoc sacramentum. cuius preceptio communio dicitur. aperte demonstravit. **Thaddei.** qui et iudas Jacobi et non scarioth dicitur. qui sincerissime hoc sacramentum et fidelissime credidit. et in nomine Iesu christi remissionem peccatorum consequi meruit. secundum quod istius articulum in symbolo coniungit. **Dicitur etiam thaddeus quod interpretatur apprehendens.** quia christum principem per fidei apprehendit fortiter tenuit nec dimisit. **Dicitur et iudas iacobi.** supple frater et consobrinus christi. **Dicitur etiam iudas.** quod interpretatur confidens vel gloriosus. vel per etymologiam quasi iubili dans. Ipse enim habuit confessionem fidei. gloriam regni et iubili eterni gaudium. **Item in ecclesiastica historia interpretatur cor:** vel patrum cor: seu cultor cordis. **Sequitur Linus.** Hic nominantur duodecim martyres. **Et merito fit memoria martyrum quia**

Exbny
ipsi semetipsos obtulerunt hostias viventes et acceptabiles deo. pro confessione nominis christi sanguinem suum fuderunt quorum memoria hic agitur. **Primo Linus** qui primus papa fuit post beatum petrum. **Sed si instatur quod scribitur de sancto clemente** quod iste fuerat primus papa post beatum petrum **Ibi est sciendum** quod sanctus petrus ordinavit sanctum clementem papam **Adnotatio** sancto petro: sanctus clemens noluit succedere sancto petro in papatu. ne in consuetudinem duceretur quod unus papa substitueret alium. et sic hereditarie sanguarum dei possiderent et ideo promissit linum et illum in papam ordinavit quo mortuo promissit clementem. et isto mortuo ipse secundum institutionem sancti petri electus et compulsus papatum suscepit. et sic secundum institutionem et ordinationem et voluntatem expressam: fuit primus a beato petro. sed secundum rei veritatem fuit quartus a beato petro. **Sixtus** qui fuit papa et martyr vite sanctissime: qui missam cum cantico angelico. scilicet sanctus decoravit. **Cornelius.** qui fuit papa et martyr successor sancti fabiani. **Lipziani.** qui fuit episcopus cartaginensis: in cuius corde aurea figura crucis apparuit. ratione istius quod in maxima reverentia passionem christi tenuit. **Crisogoni** martyris. **Jobanis et pauli** martyrum: qui fuerunt prepositi constantie filie constantini imperatoris duo potentes de quibus canit ecclesia. **Isti sunt due olive et duo cadabra.** quos fides et passio fecit esse germanos **Laurentij.** dispensatoris huius sacramenti: et archidiaconi quem sextus papa non degeneret in officio administrationis huius sacramenti: sed fortiter pugnantem et triumphantem ostendit. sine quo non consueverat hoc divinum offerre sacrificium. **Cosme et damiani.** qui fuerunt fratres uterini. et in arte medicine preclarissimi qui medicina corporalem propter deum exhibentes: a vero medico christo ad testimonium fidei sunt vocati: ad medendos languores anime. **Sed diceret tamen sunt adhuc multi martyres** qui multis claruerunt miraculis et tempore apostolorum ut specialiter fuit beatus stephanus protomartyr: et barnabas coapostolus pauli quare etiam isti non nominantur et ponuntur. **Respondetur** quod canon iste ex inspiratione divina est compositus. ideo isti qui ex divina revelatione sunt hic inserti sunt nominandi et non alij **Unde legitur** quod aliqui sancti patres voluerunt hic aliquos inserere et aliquos removere. **Et castino** nomina illorum quos remove-

bant inuenerunt aureis litteris. inscripta. et hoc deletis illis
quos inscribent. Quapropter nullus tante audacie debet
esse. quod aliquem sanctum in canone addere vel deponere presumat.
Sed dubium relinquitur. quare non fit commemoratio confessorum
et precipue doctorum. qui hereses contra sacramentum insurgen-
tes radicitus eradicaerunt. et cum hoc eorum memoria ab eccle-
sia magnifice veneratur. Innocentius respondet. quod cano pri-
us fuit editus quam ecclesia celebraret memoriam confessorum. nam
fere omnes sancti qui nominantur in canone: precesserunt silue-
strum papam propter iohannem et paulum. marcellinum et petrum qui pri-
mo successerunt. Etiam post tempora beati siluestri incepit
venerari memoria confessorum. et signum huius est quod singule se-
des episcopales in ciuitatibus iuxta dispositionem sancti petri
institute: non in confessorum memoria sed ad honorem apostolo-
rum et martyrum: et precipue virginis marie fuerunt antiqui-
tus dedicate. Aliter dicitur. quod hoc sacramentum est institu-
tum in memoria passionis christi. et ergo illorum qui etiam pro christo
passi sunt et sanguinem suum effuderunt fit memoria. Sed confes-
sores non sunt in publico passi. igitur non fit eorum memoria.
Guilbertus in rationali sic dicit. Hoc sacramentum est sacra-
mentum amoris. igitur in ipsius sacramenti misterio debet
solum fieri memoria de illis in quibus specialius apparuit
signum veri amoris christi. In apostolis apparuit per temporalium
spontaneam abiectionem dicente petro. Ecce nos reliquimus
omnia et secuti sumus te. Mat. xix. In martyribus per cor-
porum tormētis expositionem. Sap. iij. Et si coram hominibus
tormēta passi sunt etc. Et sciendum quod gregorius tertius addidit hec
verba que in aliquibus ecclesiis dicuntur. scilicet. Nec non et illorum
quorum hodie solennitas in conspectu tue glorie celebratur. domine
deus noster in toto orbe terrarum. Circa quam litteram est nota-
dum. quod karolus magnus qui habuit regnum Italie. alema-
nie et fracie. ex diuina reuelatione informatus fuit: quod omni
die esset festinitas fere quingentium sanctorum. Et guilbertus
in rationali libro septimo de festinitatibus dicit. quod constantinus
imperator per transmarinas partes: inuenit eusebium cesariensem
episcopum uirum sanctum cui dixit. Pete a me uel ecclesia
tua diceretur. Ille dixit ecclesia mea satis abundat in diuitiis
sed ego rogo ut mittas per partes mundi: et nomina sanctorum et tempora

passionum: et sub quibus et qualiter. et in quibus locis passi sunt
rescribas quod et factum est. Et refert eusebius. quod in quolibet
die anni: plusquam quingentia sanctorum festa concurrunt. excepto
die kalendarum ianuarij. quo gentiles intendebant epulis: et
solennitatibus: et non ad martyrizandum sanctos. Et idem di-
cit Ihero. in epistola que suo kalendario proponitur. Et quia
horum sanctorum festinitas singulis diebus celebrari ab eccle-
sia non potest. ideo illa particula ad commemorationem horum
est interposita. Concluditur tandem hec oratio. per eundem christum
dominum nostrum. quia sicut per dominum nostrum iherosolima christi omnia facta
sunt. et sicut omnia in esse per ipsum sunt repata. sic et omnia per
ipsum sunt terminanda. Et non responderetur hic amen. quia ut
dicit rationale. Pie creditur et indubitanter presumitur. quod iam
assint angeli ipsi sacerdoti ministrantes. et loco ministrato-
rio amen respondentes. Hoc tamen non seruatur ubique.

Anc igitur oblationem seruitutis nostre: sed et cuncte fa-
milie tue quesumus domine. ut placeat accipias. diesque
nostros in tua pace disponas. atque ab eterna damnatione nos eripi. et in electorum tuorum inbeas grege numerari. per
christum dominum nostrum.

Secunda est secunda pars principalis canonis In qua po-
stulatur dei patris benigna placatio et huius sacra-
menti consecratio. et scilicet hoc ista pars habet duas par-
tes. Primo postulat dei patris benigna placatio ut sic pla-
catus acceptet nostra sacrificia. et det nobis pacem. et ut libe-
ret nos de massa. et de congregatione damnatorum. et annumeret
nos inter electos suos. Secundo petitur magnam et arduam. scilicet.
quod ex esca materiali fiat nobis corpus et sanguis domini nostri
iherosolima christi ipsi. Quam oblationem etc. Et exponitur sic. Igitur o-
mnia. id est. o pater clementissime nos quesumus ut accipias. id est.
gratanter acceptes. placatus. id est. mitigatus supple precibus san-
ctorum tuorum: hanc oblationem. id est. hoc sacrificium oblatum. seruitu-
tis nostre: supple quod tibi in uera adoratione soli deo offeri-
mus. sed et cuncte familie tue: supple militatis sub vexillo san-
cte crucis. quod pro et nos quesumus: ut disponas. id est. ordines.
nostros dies: et tempora uite nostre. in pace tua. id est. in tranquil-
litate pacis et securitate. atque pro et supple nos quesumus:
nos eripi. id est. misericorditer liberari. ab eterna damnatione. id est.

a pena infernali dāpnatoꝝ: ⁊ tu subeas supple nos numera
ti. i. associari. in grege. i. consortio ⁊ cōgregatione electoꝝ
tuoz: supple a te eternaliter p̄destinatoꝝ: p̄t̄ x̄pm̄ d̄nm̄ no
strum. Ista littera iā lecta quodāmodo ē conclusio oīm iaz
dictoꝝ specialiter huius: quod per oblationē huius sacrificij
impetrare intendimus. Et ē sententia ista. quia s̄cti tui
dñe quoz cōmemoratio iā pacta est nobis ritū ⁊ formā hu
ius sacramēti tradiderūt ⁊ reliquerūt: ip̄m̄ offerendo ⁊ su
mendo gratiā consecuti s̄t̄. Idcirco illis sic pro nobis inter
cedentibus rogamus confidēter. quatenus tu deus pater: p̄
x̄pm̄ d̄nm̄ n̄r̄m̄. i. sacrificiū quod tibi soli deo vera adoratiōe
imp̄dim̄: placatus meritis ⁊ intercessionib⁹ s̄ctoꝝ tuoz
approbando accipias ⁊ gratuite acceptes. vt hoc sacrificiū
trāquillitatem pacis: liberationē ab eterna dampnatione ⁊
consortij oīm electoꝝ tuoz nobis obtineat. ⁊ hec est senten
tia litteralis. Notandū primo sacerdos hāc orationē dicen
do s̄m̄ cōsuetudinē quartidam ecclesiā: deuote ⁊ p̄funde se
inclinat vt p̄ humiliationē corpis puocetur in eo deuotio ⁊
humilitas mētis. Sed ideo quia sacerdos iā in sequentibus
magis ⁊ arduū perit: ⁊ est periturus. igitur rōnabiliter se
humiliat p̄ deuotā inclinationē. vt a deo sibi beneficiū exan
ditionis impendatur. quia deus humilibus dat gratiā. Ia/
cobi. v. Et designat inclinationē quā fecit dñs facta cena
ante pedes discipuloꝝ. Secūdo nota sacerdos legalis in ve/
teri testamēto qñ intravit in sancta sanctorū cū thuribulo:
ignitis carbonibus pleno ⁊ cū nomibus patrū: videlicet du
odeci patriarchaz sculptis in. xij. lapidibus p̄ciosis huic ve
sti insertis thimeama apposuit ⁊ fumū fecit: qui adeo ange
batur ⁊ umbraretur ⁊ penitus tegetetur ne pateret alicui
cum cremaret incensū. Sic ⁊ sacerdos noui testamēti: cui
officiū predicatiōis est cōmissum: si vult sacrificiū deo ac
ceptabile offerre ex thimeamate. i. ex omib⁹ odoriferis vir
tutū generibus tanq̄ thimeama redolētibus in thuribulo
sui cordis: feruore deuotionis ⁊ ardore caritatis carbonib⁹
ignitis. fumū bone fame ⁊ laudabilis cōuersatiōis. de se de
bet emittere. Quia s̄m̄ grego. Cuius vita despicitur restat
vt eius p̄dicatio cōtempnatur. Nā s̄m̄ eū in pasto. Causa
ruine populj sūt sacerdotes mali. Quo fumo bone fame et

boneste cōuersatiōis emissio lōge lateq; p̄ officij p̄dicatiōis
ardore sue ignite caritatis carbones nō incensos. poterit to/
talit ignire. hoc ē i hoib⁹ errātib⁹ caritatē x̄pi icendere
⁊ inflamare. ⁊ carbones extinctos vel extinctōni appropinquātes
viniicare. id ē hoies i caritate tepidos ad feruore deuotōis
⁊ caritatis excitare. Et iste fumus d̄z cum totaliter obre
gere. sic q̄ opera sua faciat recta itentōe non ypocritādo vt
videatur ab hominibus. S; q̄ dicā de sacerdotibus q̄ non
bonam famam aut laudabilem cōuersatiōē exhibēt ymo
ex luxuria auaricia ⁊ senicia totalit sūt ifames certe nō ali
nd nisi q̄ non penituerit. i. retributiōe iustoz partem nō ba
beūt. Sed q̄ de his q̄ posito q̄ bonam famam habeant ⁊
honestam cōuersatiōē exhibeāt. oues tñ eis cōmissas pabu
lo doctrine ⁊ p̄dicatiōis fouent ⁊ reficiunt. nec lima correctō
nis subditos coerēt nō aliud nisi q̄ dñs p̄ p̄phetam dicit.
Sanguinē eius de manu tua req̄ram. Redde rōnem villica
tōis tue nunc nō poteris āplius villicare. Et q̄ de his sa/
cerdotibus q̄ studio hāz ⁊ eoz q̄ scire tenētur se abstrahūt
⁊ secularibus totalit se ingerunt vt ex ignorātia excusatio
nes sibi inq̄rant. ⁊ se ⁊ suos quasi p̄ eis nō r̄ndere debeant
tenent negligūt certe nō aliud nisi illud quod dicit apostol⁹
p̄ria ad eoz. xiiij. Ignorās ignorabitur. Ignorās ea que sci
re tenetur ⁊ que ad officium suum spectāt. Ignorabitur. i.
a deo rephabitur. De q̄bus beatus gregorius sic loquitur.
Necessē est vt q̄ ad officium p̄dicatiōis exebant a sacre le
ctōis studio nō recedant qz cum sp̄nale aliq̄d pastor a subdi
tis inq̄rit ignominiosum est valde si tūc querat discere cū
questionem debz enotare. Sed quid dicam de his sacerdotib⁹
bus q̄ longam orōnem simulantes i domibus viduarū co/
medunt scitātē ⁊ deuotōē simulantes vt donis ⁊ fauore ⁊
fama seu laude hoiz magnificent. Nō aliud nisi quod dñs
dicit math. v. Amen amē dico vobis receperūt mercedem
suā. Tercio nota circa hoc q̄ in hā dicit seruitutis n̄ē q̄
due sūt sp̄s seruitutis. vna q̄ soli deo imp̄dit ⁊ dicit latria
Altera q̄ creaturis imp̄dit ⁊ dicitur dulia. Et q̄dam ad/
dunt terciā sp̄m̄ seruitutis. i. yp̄dulia. ⁊ dicunt q̄ ista debe
tur corpi x̄pi tñ cōtinetur sub dulia. versus. Latria sit do/
m̄ino debetur dulia seruo. Dulus seruire sed dulia dicit ide

Dulia cōis homini deoq; paratur. Atq; deo soli latria ju-
re dat. Ad corpus xp̄i spectat sp̄dulia vere. Utranq; speciez
seruitutis exprimit dñs in euāgelio dicens. Reddite q̄ sunt
cesaris cesari q̄ que sunt dei deo. math. xvij. Ad latriā pri-
nēr tēpla altaria. sacerdotia. offerentia. sacrificia. q̄ huius
modi q̄ soli deo sūt exhibēda q̄ gloriatur i cōsilio sanctorū
magnus q̄ metuendus sup omēs qui in circuitu eius sūt. nō
enī sanctis ad honorem dei. s; deo ad honore sāctoz cōsecrā
tur templa. dedicātur altaria. sacerdotia statnāt. sacrificia
offerūt. ne forte si secus agat nō tbcosebia id est diuine pie-
tatis cultus. sed ydolatrie crimen incurrat. Hic ergo de-
us in lege p̄cepit. Dñm deū tuū adorabis q̄ illi soli seruites
deute. v. id ē soli deo seruitutem orōnis impendas. Hāc ser-
uitutem latrie sicut ip̄ia supbia hoīm vel demonū sibi ex-
hiberi vel subz vel cupit. ita pia humilitas vel hoīz vel āge-
lorū sāctoz sibi oblataz recusant. Et cui debet ostendit. vt
vult yfido. li. viij. erbi. q̄ id cū br̄s iohannes euāgelista vi-
disset q̄ audisset ea q̄ ei āgel⁹ oñdit q̄ maifestauit cecidit añ
pedes angeli. Tūc āgel⁹ ei rñdit. vide ne feceris. cōseru-
cui tu⁹ q̄ confiatz tuorum sum soluz deū abora. Sic ergo
nec homies nec angeli adorādī sūt ista adoratiōe. s. latrie.
Quarto nota i lā dicit placat⁹ accipias. Aliqs posset dīe.
tū hoc sacrificiū de p se est bonū maxie sacramēti corpis q̄
sanguis sbū xp̄i. Et id dñs sēper illud placatus accipit. q̄re
tūc hic petit vt placatus accipias. Rñdēt q̄uis q̄rū est ex
pre hui⁹ sacrificij sēper de⁹ i ip̄o placet nō tū q̄rū est ex par-
te mistroz q̄bus qñz offenditur. Nam s; m. b. gre. Cū is q̄
displicet ad ircedendū mittit anim⁹ iudicis ad deteriora
prouocat sicut est de istis q̄ sacrificant in peccatis mortalib⁹
vel q̄ sūt i pposito nō abstinendī a peccatis. Quinto nota vl-
terius dicit. Diesq; nostros leo papa adsp̄it ifra actōnem.
hāc s; gīt oblatōez vsq; sibi. diesq; nōs q̄c. S; br̄s grego.
has tres peritōes i canone dicit addidisse. videlicet diesq; no-
stros i tua pace disponas. s. p eū q̄ tradit⁹ ē p nobis i man⁹
roz q̄ pacē odebāt. Ab eterna dāpnatōe nos eripi iubeas p
eū q̄ tpali morte p nobis tradit⁹ est q̄ i electoz tuoz grege
iubeas numerari. p eū q̄ pro nobis deputat⁹ ē cū iniqs Et
nota q̄ quadruplex est pax. Aliqua est pectoris siue iustozū

211
Alia ē pax peccoz. Tercia pax t̄pis. Quarta pax eternitatis
Porro pax t̄pis qñz cōcedit bonis q̄ malis. s; pax eterna-
tis nunq̄ dabit nisi bonis. q̄a non est pax impijs isa. liij. De
pace peccatoz dicit ps. zelau i sup iiquos pacē peccatorum
vidēs. Hec pax ē noxia q̄ pniciosa. vñ gre. xiiij. mor. Sicut
pniciosū inqt ē si vnitas desit bonis. ita pnicios⁹ est si nō
desit malis. Si enī maloz vnitas noxia nō fuisset nequaq̄
diuina puidētia lignā supbiētū in tātaz diuersitate dissipaf-
set. Itē grego. in pastorali. Si pueriozū neq̄cia in pace iū-
gūt p̄fecto eoz malis actib⁹ robuz auget. Qui ergo iniquos
pace sociat. iūqtati vices administrat. q̄a bonos deterius de-
primūt quos vnanimitez psequunt. Aduersus hāc pacem
dñs dixit. Nō veni pacē mittere i terrā s; gladiū mat. iij.
De pace iustoz dicit apl̄s. Pr̄nc⁹ sp̄s ē. caritas gaudiū.
pax q̄ paciētia ad gal. v. Hāc pacē dñs reliqt apl̄s dicens.
Pacēz meā do vo. job. xiiij. De pace t̄pis inqt p̄pbā Driet
i dieb⁹ ei⁹ iusticia. q̄ habūdantia pacis dñabit. Hanc pacēz
icessant petit ecclesia dicens. Da pacē dñe i dieb⁹ nostris. licz
tribulatōes q̄ aduersitates p̄stāt aliqñ occasiōz boni. q̄a sūt
materia paciētie q̄ sepe iducūt tribulatū ad recognoscenduz
seipm q̄ ad humiliandum seipm. iuxta illud p̄uerbiū. ve-
ratō dat itellectum. intellige tñ si non sit nimia. vt scribit
bern. ad euge. papaz. vñ q̄ sācta sara ex̄is in tribulatōe ora-
uit dicens. Bñdic⁹ de⁹ patz nostroz q̄ euz iustus fueris mi-
sericordiam facies. q̄ in tribulatōe peccata dimittis bis q̄ i
uocāt te tho. iij. nō tñ sūt bona p se. licet p accidēs ex eis
pueniūt bona. Pax ē bonū p se. s; q̄a hoies hac pace sepius
abutunt sicut q̄ alijs bonis. ideo ecclesia p ea orat. De pa-
ce eternitatis dicit dñs p p̄betā. Sedebit popul⁹ meus in
pulcritudine pacis q̄ rege opulēta. Item jobā. xiiij. Pacem
meā do vo. nō quā mundus dat. Et p̄pbā. In pace iūsp̄z i
iūsp̄z ē q̄b ē inuariabile. q̄ semp eodē mōse h; sicut ē i supna
iherusalē q̄ edificat vt ciuitas cui⁹ p̄cipatō ei⁹ inidipm.
Et p̄p̄ hāc triplicē bonā pacē iustoz siue pectoris t̄pis q̄
eternitatis ter oram⁹ i missa p pace primo hic. Diesq; no-
stros in tua pace q̄c. Sedō ibi. Da p̄p̄ci⁹ pacēz q̄c. Tercio
ibi. Dona nobis pacē. vt de pace t̄pis p pacē pectoris tran-
seam⁹ ad pacē eternitatis. Et scias q̄ p̄fecta pax nūq̄ inēit

in hac vita. qz nūq̄ bella bonis nūq̄ discrimina desūt. 1 cū
quo certat mēs pia habet. Et bern. sup cantica dicit. Q̄ cā
dens lilium. o tener 1 delicate flos. increduli 1 subuersores
sūt tecū. vide ergo quō caute ambules inter spinas. plenus
enī est mūdus spinis. in terra sūt. in aere sunt. i carne tua
sūt. Ergo versari in his 1 nō ledi diuine ē potētie 1 nō vir
tutis tue. Aug. de ciuitate dei dicit. Pugnāt iter se mali 1
mali pugnāt inter se boni 1 boni. Boni vero 1 boni si pfecti
sūt inter se pugnare nō possūt. nec bonus q̄sqz ex ea parte
cū p se pugnet cōtra altez. eadē etiā cōtra semetipz In vno
quoqz hoīe caro cōcupiscit aduersus spūz. 1 spūs aduersus
carne. Et fulgētis dicit. Articulus lūe vsqz ad cētz terre nō
est pfecta securitas. In aere nō qz ibi sūt demones īsidiātes
In terra nō qz ibi sūt hoies malignātes. In mari nō quia
ibi sūt vēti 1 tēpestates. In inferno nō qz ibi sūt torzores
aias cruciantes. Ergo supra lunā q̄re securitatē quia cōtra
lunā minime repies. Et idcirco sacerdos petit tranq̄llam
virā i p̄nti cū dicit. Diesqz nostros i tua pace disponas Se
cūdo p̄seruatōez a malo i futuro cū dicit. Atqz ab efna vā/
natōe. Tercio petit collatōez glorie 1 cōsorcii b̄roz cū di/
cit. Et in electoz tuoz gregē 1c. i. i eterna beatitudine q̄ ē
stat⁹ oim bonoz aggregatōe pfectus. vt dicit boeti⁹. ij. de
con. pbilo Ibi enīz q̄cqd amabit adheret omē qd ibi erit bo
nū erit. 1 sūm⁹ deus sūmū bonū erit. 1 quod ē omnino bea
tissimū. ita fore semp certū erit. Hec augustin⁹.

Sam oblationē tu de⁹ in omnib⁹ q̄sum⁹ b̄ndi cā
q̄ ascrip tā. ra tam. rationabilē acceptabilēqz fa/
cere digneris. vt nobis cor + pus 1 san + guis fiat
dilectissimi filij tui dñi nostri ihū xp̄i.

In hac pte canonis sacerdos petit consecrationē hui⁹ ob
latōis vt ex esca materiali fiat nobis corp⁹ 1 sāguis dñi
nostri ihū xp̄i. Et ē s̄nia ista. Q̄ de⁹ pater clemētissimē nos
perim⁹ quatin⁹ hāc oblatōez pais 1 vini cōsecrare appbare
1 cōfirmare digneris i rōnabilē 1 acceptabilē tibi hostiam
vel sacrificiū. vt nobis. i. ad nostrā salutē panis 1 vinū fiat
corp⁹ 1 sāguis dilectissimi filij tui dñi nostri ihū xp̄i 1 expōit
duplicif s̄m q̄ li i oib⁹ p̄t ad diuersa referri. vno mō p̄t cō

271
strui cū ly deus. vt sit sensus. tu deus supple q̄ es i omnibus
Et s̄m hoc lra cōstruit sic. Quā oblatōez tu de⁹ supple pa
ter clemētissime i oib⁹ supple existēs digneris facere b̄ndic
tā. i. cōsecratā. ascriptā. i. appbatā. ratā. id est firmam. rō/
nabilem. i. diuine rōni 1 volūtati cōformē. qz p 1 accepta
bile. i. acceptabile sacrificiū. vt supple panis 1 vinū fiat no
bis id ē ad salutē nostrā corp⁹ 1 sāguis dilectissimi filij tui
dñi nostri ihū xp̄i. Et tūc sensus ē apr⁹ 1 cōueniens. Deus
nāqz semp i se icōmutabilif ex̄ns. p̄ntialiter. potencialif. 1
eēncialif ē i omni natura seu eēntia. sine sui diffinitōe id est
limitatōe seu determinatōe. 1 i omni loco sine circūscriptiōe
1 i omni tēpore sine mutabilitate. 1 i scis spiritib⁹ 1 aiab⁹
excellētis est. s. p grām inhabitantē. 1 i hoīe xp̄o excellentissi
me ē i quo plenitudo diuinitatis inhabitat. Et beatus aug.
dicit. Deus ē i oibus rebus causa essendi. ordo viuendi. ra
tio intelligendi. non est mirandum si essentia diuina oīno
simplex 1 icōmutabilis oīa replet loca. 1 i oib⁹ creaturis
essencialiter est. nec tñ cuiusdā rei sordib⁹ cōtaminet. Sol
enī visibiles radios sine sui pollutōe effūdit sup loca 1 cor/
pora nō solū mūda s̄z etiā imūda. sordida 1 fetētia. quozuz
cōtactu alie q̄dem res inficiūtur. solis vero radij ipolluti 1
incōtaminati ea cōtingētes existūt. Alio modo ly in oibus
pōt referri ad ly b̄ndictā 1 ad cetera sequētia vt sit sensus.
Quā oblatōez tu digneris facere b̄ndictā acceptabilē in oib⁹
Et sic adhuc duplicif exponit. vno modo in omnibus sup/
ple suis p̄tib⁹. q̄ exponit aduerbialif. i. omnia 1 totaliter
Secūdo mō q̄ hoc adiectiuū omnibus h̄z ly accipiētib⁹ vel p
q̄bus offert p substantiuo. vel ly offerētib⁹. vt sit s̄sus. B̄n
dictā in oib⁹ offerētib⁹. 1 p q̄bus tibi offertur. Tercio ly in
omnib⁹ videt referri ad ly quesum⁹ 1 sic videtur exponere
guilbermus in rationali quesumus in omnibus id est tota
mente. toto corde 1 toto intellectu. Secūdo nota q̄ ip̄e sa/
cerdos petit quinqz. Primo q̄ istā oblatōez de⁹ faciat b̄n/
dictā. Secūdo ascriptā. Tercio ratā. Quarto rōnabile. Quinto
acceptabilē. q̄ q̄nqz petitōes varie exponunt. vno modo sic
B̄ndictā id est talē p quā spūalium bonoz multiplicacione
benedicamur. Ascriptaz id est talē q̄ de tua memoria nulla
possit obliuione deleri. Ratā id est talē que de tuo benepla

cito cōstāter nobis franget. ⁊ que nulla possit cōmutatōne
euelli. Rōnabilem. i. talez q̄ tue diuine rationi conueniet.
Differentia est iter rōnale ⁊ rōnabile. Rōnabile dicit quod
de rōne procedit. Rationale vero quod utitur rōne. Et ac/
ceptabile. i. talē que tibi sit grata ⁊ accepta. Secūdo modo
sic exponit. quā oblatōnez tu deus digneris facere bñdictaz
. i. trāsferre in aliā hostiā que est oib⁹ modis bñdicta. ascri/
pta. rata. rōnalis. ⁊ acceptabilis. hostiā salutaris. s. corp⁹
⁊ sanguinis xp̄i. q̄ dicit bñdicta oib⁹ moīs. qz ab omni ma/
ledictōne est immunis tā actuali q̄ originali tā ueniali q̄ cri/
minali. sicut elizabet̄ iquit ad uirginē. Bñdictus fruct⁹ uē/
tris tui. luce. j. Ascripta dicit eadē hostiā. qz figuris ⁊ scri/
pturis ueteribus est designata. tam in manna celesti q̄ in
agno pascale. tam in ysaac imolando q̄ in abel immolato.
Quoniam ut inquit jobēs in apoc. Hic est agn⁹ occisus ab
origine mundi. i. occidi disposit⁹ ab eterna dei p̄destinatōe
⁊ p̄uisione. Eadem hostiā rata dicitur. noui quasi trāsito/
ria q̄ cessit ubi noua successit. sed q̄ p̄manet ieternū s̄m or/
dinē melchisedech. Rōnabilis dicit quasi nō pecualis sicut
erat legalis oblatō q̄ sāguie b̄reoz ⁊ vitulozū non poterat
hoīes mūdare a peccato. s̄ illa q̄ sāguie p̄prio cōscientias
emūdat ab opib⁹ mortuis. Acceptabilis dicit qz eā de⁹ ac/
ceptat i remissōz peccōz ⁊ redēptōz toti⁹ mūdi. Nō q̄ illa
oblatō de q̄ p̄p̄ā dicit sacrificiū ⁊ oblatōz noluit ip̄s. xxxix
Similit̄ dñs ait. Nō accipiā de domo tua vitulos neqz de
gregib⁹ tuis b̄reos. s̄ sicut illa de q̄ ps̄. dicit. Tibi sacrifici/
cabo hostiā laudis. Secūdu hāc expositōez recte subiūgitur
ut fiat nobis corp⁹ ⁊c. Hec inno. Aug. uero de cōse. dis. ij.
vtrū refert hec uerba ad eukaristiā. Et exponit sic. Quam
digneris facere bñdictam. i. p̄ quam benedicamur. ascriptā
id ē p̄ quā i celo ascribimur. Rata id est p̄ quā i uiscerib⁹
xp̄i ⁊ corp⁹ xp̄i qd ē ecclesia cōsemur ⁊ i xp̄o ratificamur.
Rōnabilem id ē per quā a bestiali sensu exuimur. Accepta
bilem q̄ nobis ip̄is displicemus p̄ hanc acceptabiles erimus
ejus vnico filio. S̄ alij exponūt sic. qz i istis uerbis quicqz
perim⁹ uirtute hui⁹ oblatōis nobis dari. uidelicet remotō
nē maloz cū dicim⁹ bñdictā. Perim⁹ enī bñdictōez a nobis
amouendo malū culpe ⁊ penalis miserie. Sedō ip̄pressionez

⁊ insignitōez spūaliū bonoz cū dicit ascriptā. Tercio colla/
toz bonoz stabilitōez. cū dicit rata. Quarto discretōne cre/
dendoz ⁊ agendoz cū dicit rōnabile. Quinto acceptatio/
nem bonoz opuz nostroz. ut. s. sint deo accepta ⁊ sic no/
bis p̄sunt ad uitā eternā cū dicit acceptabile. Tercio nota
sacerdos facit tres crucez cū dicit bñdictā. ascriptā. rata. ⁊
postea duas cū subiūgit corpus ⁊ sanguis. **Modo dubi/
tat** qd ille tres crucez designat. cui⁹ sunt multe rāssōnes.
Inno. dicit qz hoc fit ad designandū p̄cū quantitatem quo
xp̄s uēditus ē. Ideo sacerdos facit hic tres crucez sup obla/
tam ⁊ calicem cū dicit Bñdictam. Pro cui⁹ latiori declara/
tione ē sciēdum s̄m qz prius dictum est. In canone agitur
memoria eoz que acta sunt in ebdomada palmarū ⁊ specia/
liter mod⁹ uēditōis ⁊ emptōis xp̄i. ubi nota. Feria quarta
añ cenā dñi i manē iudas vn⁹ ex duodecim a dyabolo sup/
plātatus sacrilegiū p̄petrauit. dū filiū dci solis triginta argē/
teis uēdidit phariseis. i. recōpēsatoez damni quod incurrit
p̄p̄t effusione uinguēti. cū dixit. Potuit enī uinguētū hoc ue/
nūdari plusq̄ trecentis denarijs ⁊ dari paupibus. Hoc autē
dixit. nō qz de egenis p̄nebat ad eū s̄ qd fuz erat. ⁊ locu/
los hñs ea que mittebant portabat iohāis. xij. Et quilibz
argēteus ualebat decē denarios uisuales. ⁊ ita dānū uinguēti
quod ualebat trecētos denarios triginta argēteis cōputabat
alias recōpensari. Si uero dicim⁹ argēteos fuisse denarios.
uisuales. dicem⁹ qz iudas uēdidit xp̄m quasi uile mōcipiūz
triginta enī denarij sūt decima ps̄ trecentozum denariōz
quos ualebat uinguētū. p̄pter quod loquit̄ dñs despectiue per
p̄phetam dicēs. Apprehēderūt mercenarij uitā triginta ar/
gēteis quibus sum appēiat⁹ ab eis. Ad designandū ergo hu/
ius p̄cū quantitātē quo xp̄s ē uēdit⁹. sacerdos hic facit tres
cruces sup oblatā ⁊ calicē. Nā ⁊ trecenta p̄ter ⁊ triginta
multiplicatōez suscipiunt a ternario. Postea uero ad desig/
nādum emptōne ⁊ uenditōez duas crucez imprimē sigillatī
vnā sup oblatā. alterā sup calicē cū dicit ut fiat nobis cor/
pus ⁊ sāguinis ⁊c. Illa uenditō fuit maledicta p̄scripta ir/
rita iniqua ⁊ destabilis. s̄ tu de⁹ hāc oblatōnez digneris fa/
cere bñdictā. ascriptā. rata. rōnalez ⁊ acceptabilem. Judas
enī dilexit maledictionem ⁊ ueniet ei. noluit bñdictionem ⁊

elógata est ab eo. s3 tu de9 hác oblatóem digneris facere bñ
dica p qua nos i celestib9 bñdicas. Judas delet9 est de libro
vinetrú 1 cū iustis nō iscript9 s3 tu deus hanc oblationē dig
neris facere ascriptā pro qua nos iter electos tuos ascribas
Judas laqueo se suspēdit 1 ejus episcopatum suscepit alter
sed tu deus hanc oblatóem digneris facere rata. p qua ra
tū 1 gratiam fit nostre salutis promissam. Judas erit con
denatus 1 oratio facta est peccatū. sed tu deus hanc oblatóez
digneris facere rōnabile p qua rōnabile fiat nostre feruiri/
tis obsequium. Judas reddidit mala p bonis. 1 odiū p dile
ctiōe tribuit. sed tu deus digneris hanc oblationez facere ac
ceptabilez p qua reddas tibi acceptos. Alia respōsio. Tres
cruces quas fecit sacerdos simul sup hostiam 1 calicem sig
nicat trīa que xp̄us in cena cōmuniter egit circa panem 1
vinum. s. accepit. benedixit. 1 fregit. Sed q̄ postea speciali
ter facit vnā crucē sup oblatam designat q̄ xp̄s specialiter
sup panē dixit. accipite 1 comedite hoc est corp9 me9. Et
alterā sup calicē. qz xp̄us dixit. Bibite 1 dividite iter vos.
hic ē sāgnis me9. Et s3m hūc sensū recte subjūgit. Qui pri
die q̄ 1c. Tercia rñsio q̄a Judas vēdidit xp̄m ad crucifigen
dū sacerdotib9. scribis 1 phariseis. Ideo sacerdos ad desig
nandū cōiter tres emprores facit tres cruces cōiter sup ob
latam 1 calicē cū dicit. bñdicam. ascriptam. ratam. ad de/
notandum vero distictē vēditorem 1 venditum facit duas
cruces distictē sup oblatā 1 calicem. cū dicit. vt fiat nobis
corpus 1 sāgnis. Quarta respōsio. Sacerdos prio facit tres
cruces i p̄mis trib9 bñdicōib9. s. bñdicā. ascriptā. 1 ratam
vt denotet vitz9 crucifixiōis xp̄i q̄ a tota trinitate fuit vo
lita ita fieri q̄ illis dicit9 perim9 fieri. Quarta crux quā
facit diuisim sup oblatā designat corporis xp̄i i cruce imo
latóez. S3 quita crux q̄ sit sup mixtū ex vino 1 aqua desig
nat sāgnis 1 aque de latere xp̄i effusiōē. Postea cū dicit.
dilectissimi filij rui ihū xp̄i. sacerdos elenat manus ex itima
deuotōe cū suspitio i celū. Et p̄ hoc sacerdos elenat ma
n9 1 extēdit cū orat i missa. Nā cū xp̄s expādisset man9 su
as i cruce p p̄secutorib9 orant 1 dixit. Pater ignosce illis
qz nesciūt quid faciūt. Moralit̄ instrues q̄ xp̄s semp par9
ē recipe penitētes. iuxta q̄s spē p̄misit job. vj. Eū q̄ venit

ad me nō eiciā foras. Nota de elenatōe manū dictū est pri
us quomodo figurata est exo. xvij. Cuius figure expositōez
aduerte hic. Cū enim verus moyses. i. xp̄s elenat man9. i.
impedit auxiliū 1 solaciū. vincit israel. i. ecclesia. Nā si de
us pro nobis quis cōtra nos. Sin aut paululū manus re/
mittit. i. si exigentibus peccatis subtrahit auxiliū 1 solaciū
tūc superat amalech. i. dyabolus. quia nō est volentis neq̄
currentis sed deus misericordis. Quia vero xp̄s p̄misit eccle
sie dicēs. Nobiscū sū vsq̄ ad cōsumationem seculi. Ob hoc
aaron. i. mons fortitudinis. Et vz. i. ignis caritatis susten
tant manus eius. vt in fortitudine ferat auxiliū. 1 ex cari/
tate solaciū. ne manus eis bassentur vsq̄ ad occasum solis
s. vsq̄ ad finē mūdi. Sicqz iosue duce. i. xp̄o ductore: israel
fugat amalech. i. ecclesia superat dyabolū. in ore gladij: per
virtutē orōnis 1 verbi dei. Gladius enim ē verbum dei. Si
quis ergo vult orōnis virtute superare dyabolū debet elena
re manus. i. actus suos ad deū. vt cōuersatio ei9 sit in celis
Nā dimissas manus etigite 1 genua debilia roborate. Nā
elenatio manū sacrificiū vespertini. bona ē operatio cuz
ieiunio 1 elemosina. Fides enī sine operibus mortua ē. Ne
nemus ergo manus sine disceptatiōe querentes que sursum
sunt: non que super terrā. vbi xp̄s est in dextera dei sedens
Sed dubiū quare hic dicitur vt nobis fiat 1c. Dicendū ē q̄
huius quadruplex est ratio. Prima ad abluendū illi verbo
quod dixit maria angelo Luce. j. Fiat michi secundū ver/
bum tuū. Secūda ratio ad abluendū verbo creationis. Ad
designandū q̄ eadē potētia requiritur in trāsubstantiatiōe
sicut in resurrectiōe 1 in rerū creatione de qua gen. j. Fiat
lux: sine fiant luminaria. Et sequitur. Et factū ē ita. Ter
tia ratio ad designandū q̄ sacerdos solū ē minister huius in
effabilis cōuersiōis. ideo non in p̄sona propria loquitur. s3
in p̄sona xp̄i loquens. dicit fiat. Quarta ratio quia oportet
vt hec trāsubstantiatio fiat p̄ verba transitū significantia
ideo nō dicitur q̄ panis sit corpus xp̄i. sed bene dicitur pa
nis sit corpus xp̄i. ideo dicitur fiat. Item dicitur. dilectissi
mi 1c. Christus enī ihesus maxime est dilectus a deo patre.
s3m illud math. iij. Hic est fili9 me9 in quo michi bñ cōpla
cui. Tuz q̄a omni modā p̄cipitationē essētie patet filio eret

naliter comunicat: **Tu** quia oia que habet pater sua sunt. **Jobā. xv.** **Tu** quia a patre tradita est sibi potestas oim que sunt in celo et in terra. **Marb. v.** **Tu** quia p filij sui in cruce immolatione pro nobis pater placatus fuit pro oibus offensis nostris presentib⁹ pteritis et futuris. **Ratōe** cui⁹ et ipsū exaltavit. et dedit illi nomē quod est sup omne nomen ad pbil. ij. **Et** nos ipsū deū patre diligere debemus. quia ipse prior dilexit nos. **Quia** sic de⁹ dilexit mundū ut vnigenitū suū daret. **Jobā. ij.** **Deum** filiū diligere debemus quia ipse passus est pro nobis. et nos redemit. **Spūsanctū** diligere debemus. quia eius sapientia conditi sumus. et ei⁹ pro uidentia gubernamur. **Deniq;** enī supra oia diligere debem⁹. **Valde** namq; errat qui nō diligit deū suū creatore. recreatore et remuneratore. **Sū** beatus aug. dicit **Valde** enī errarem si deum nō amare. qui dedit michi aiā ut uiuā: gratiam ut bñ uiuā. sapientia ut ordinare uiuā. quā uitā nobis cōcedere dignetur ihesus xp̄s: patris ab eterno vnigenitus matris spūsancti opatore tpaliter nat⁹.

Si pridie q̄ pateretur accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas. et eleuatis oculis in celus ad te deum patre suū omnipotentē tibi gratias agens bñdixit fregit et dedit discipulis suis dicēs. **Accipite et manducate** ex hoc oēs. **Hoc** ē enī corp⁹ meū.

Ita est tertia pars principalis canonis. In qua ponuntur uerba ipsā cōsecrationē efficiētia. et finali/ter pficiētia tam cōsecrationē corpis q̄ sanguinis xp̄i. **Et** habet ista littera duas pres. **Primo** introducuntur uerba cōsecrationis corpis xp̄i. **Secūdo** sanguinis ibi. simili modo. **Et** est sēntētia ista. **O** pater clemētissime dñs noster ihesus xp̄s filius tuus proxima die pcedēte suam passionem. hora cene accepit panē in uenerabiles manus suas. et eleuādo oculos suos in celū: ad te suū patre omnipotentē et gratias agendo benedixit dicēs. **Hoc** est corp⁹ meū. i corp⁹ suū transubstātiādo. **Et** fregit et dedit discipulis suis dicēs. **Accipite et manducate** ex hoc omnes. **Et** exponitur sic. **Qui.** s. dñs noster ihesus xp̄s. **pridie.** i. pcedēti die. **q̄** pateretur: accepit panē: semp non cōsecratū. in sanctas. i. sanctificatas: ac uenerabiles. i. honorandas manus suas: et ele-

natis sursum supple s̄m humanitatē. oculis supple tam mēris q̄ corporis. in celū. i. uersus celū: ad te deū patre suū supple s̄m diuinitatē omnipotentē. agens. i. referens tibi gratias. i. gratiazactiōes. benedixit. i. cōsecrauit. fregit supple speciē panis. et dedit. i. porrexit discipulis suis dicēs: **Accipite.** s. per fidem. et manducate. i. comedite scz per caritatem: ex hoc omnes. **Nota** primo q̄ in illa p̄ricula rēp̄entatur illud quod dñs noster ihesus xp̄s in cena fecit. quam p̄culā alexander primus dicitur sic ordinasse et addidisse secundū formā apostolorū et euangelistarū sic derelictā. **Et** ē sciendū: q̄ ecclesia in die cene specialiter addit istam p̄culā qui pridie q̄ pateretur pro nostra oimq; salute. quod est hodie ad singulārē reuerentiā illius diei. eo q̄ ista die hoc uenerabilissimū sacramentū sit institutū. in qua die desideratissimū institutū est conuiniū. s̄m q̄ dñs dixit. desiderio desiderari hoc pasca manducate uobiscū anteq̄ patiat **Luce xxij.** In quibus uerbis saluatoris tria innūntur **Primo** p̄mordialis affectatio huius sacramēti cū dicit. desiderio. **Secūdo** sacramētalis demōstratio huius misterij cum dicitur hoc pasca. **Tercio** fiducialis aduocatio ihesu xp̄i cū dicitur anteq̄ patiat. **Maioz** ē caritatē enī nemo habet: ut animā suam ponat quis pro amicis suis **Jobā. xv.** **Secūdo** nota in littera dicitur. pridie. **Hic** notatur tēpus institutiōis huius sacramēti. **Quintadecima** enī die mensis primi: quod modo est sexta feria: dñs pro nobis passus fuit: et pcedēti die q̄ erat quattadecima luna eiusdē mensis. **Postq̄** ad uesperaz xp̄s s̄m legē pasca tipicā cū apostolis celebravit: ueteri pasce finem imponēs et nouū pasca substituit uidelicz. hoc sacramentū: et ecclesie tradidit frequentandū. et dicit **Innocē.** **Hac** igitur institutiōe informati celebramus iugiter p̄ misterium quod semel offerebatur in precij. **Nā** cum ueritas uenit figura cessauit. et signū sublatū est de medio: cuz non erat res aliqua que significaretur: sed que presēs perciperet. **Transiit** tamē figura tādū donec in ueritate fuit cōpletuz quod in similitudine prius erat exhibitū. xp̄s enī tūc impleuit figuras. **Agnus** enī pascalis: figura fuit huius uenerabilis sacramēti: post cuius esum hoc sacramentū instituit. ut figuris ueteribus finem daret. **Unde** sic illi carnes agni

in figura comedebat. sic fideles in sacramento vtz corpus & veru sanguine xpi suscipiunt. Et sicut mana datu e bebricis post transitu maris rubri iam submersis egiptijs. sic eu karistia datur xpianis post ablatiõem baprtismi: delectis iaz peccatis: vt p baprtismu mudemur a malo: & per eu karisti am cofortemur in bono. Et sicut mana populu israel p va stitacẽ in via solitudinis ad terrã pmissiõis perduxit. sic & eu karistia populu istu per incolatu vite p̄sentis ad patriãz poucit paradisi. Quã recte viaticu appellatur: quia reficiens nos in via deducit ad patriã. De quibus dictu e supra pleni us li. j. Fuit aut bec dies vltima ante sua mortẽ & passioẽz cõueniens ad huius sacrameti institutionẽ: vt illud arti cordibus fidelium infingeret: & firmitus memorie apostoloru im primeret. quod ante mortẽ sua proxime futura institueret szm quod attestatur. b. aug. p bec verba. Saluator quo ve bementi cõmendaret misterij huius altitudinẽ: vltimu hoc voluit infingere cordibus discipulorũ: a quibz p passionẽ erat discessurus. Et idẽ dicit Inno. Corpus & sanguine suu xps post cenã dedit apostolis vt hoc sacramentu velut vltimuz testimonij mandatũ artius memorie cõmendaret. Sunt et alie multe cause de quibz sufficienter dictu e supra li. j. Di cit ergo hic sacerdos. Qui pridie. i. priori die anteq̄ patere tur: accepit panẽ: volens sacrificium laudis deo patri offer re. Panẽ & vinu obtulit ex quibus corpus & sanguine con fecit. Sup quo verbo dicit Inno. Huius sacrificij ritu mel chisedech prius legitur celebrasse: offerens panẽ & vinum. Erat eni sacerdos altissimi. gen. xiiij. Quã dauid inquit ad xpm. Tu ex sacerdos in eternu szm ordinem melchisedech. Ex quibus patet qd sacrificiu euangelicu: non soluz p̄cessit legale in dignitate sed etiam in tẽpore sicut apostolus in eplã ad hebreos plenius ostendit. Et dñs ihesus panẽ & vinuz in sacrificiu sui corporis & sanguinis instituit. quia sicut p ceteris cibis & potibus panis cor homis cofirmat & vinuz cor homis letificat. ita corpus & sanguis xpi p̄ ceteris ci bis & potibus spualibus. plus interiorẽ hominẽ reficiunt. & gratiaz donis plus saginant. Unde propheta. Poculu tuu inebrians qz preclaru est. Et sicut in istis plena & pfecta cõ stat corporalis refectio: sic & i illis plena spualis. Sicut et

226
xps testatur. Caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Qualis aut debeat esse panis. s. an azimus an fer mentatus: an falsus vel nõ ex quo debet cofici corpus xpi. de hoc satis dictu est prius. Sed dubitatur hic primo quare xps sub aliena specie corpus & sanguine suu dedit. Huius In nocẽ. ponit tres causas. Primo hoc fit propter augmentuz meriti: quonia ibi aliud creditur & aliud cernitur vt fides habeat meritũ: cui humana ratio nõ prebet experimentum. Etia propter dignitatẽ quantũ ad malos qui nõ sunt digni xpm videre in propria specie. Exemplũ de berbã samitis vt prius dictu est: etiam propter imbecillitatẽ quantũ ad homi nes. & hoc ad vitandũ horrozẽ & nansẽ. quia si oculus vide ret xpm sub propria specie: vtiqz animus abhorreret. quia nõ cõsueuimus carnẽ crudã & sanguine crudũ mãducare & bibe re. Quarto ad vitandũ ridiculu: ne pagani vel indei nobis insultarent cũ illud ageremus. Quã versus. Sumitur occul te xps ne dum tibi stultẽ. Horroz vel risus: minuat fidẽ ti bi visus. Quã Inno. Hãc ergo xps sub specie p̄cipalis edu li sumendã pposuit eu karistiã. vt foueatur sensus in vno & fides in altero edificaretur. Fouetur eni sensus dũ solita p cipit. Edificatur fides in altero. dum illud quod non videt quale sit cuiusmodi sit agnoscat. Itẽ dubitatur quare sub speciebus panis & vini. Rãdetur quia dñs in hoc sacrame to pponitur nobis vt cibus reficiens. Et quia in nutrime to necessitatis humane in his habetur p̄ omibus plenior & melior refectio. Igitur &c. Inno. dicit. pponitur nobis species panis & vini. quatenus in susceptiõne corporis & sãgui nis xpi. plena & perfecta refectio esse possit. Plena eni refectio est cibus & potus. Tibi autẽ & potus panis & vinu p̄cipali ores sunt substãtie. Secũdo quia bec species ad significatio nem corporis xpi veri & mistici est expressior. Panis eni p̄pter cõpactiõem assimilatur corpori xpi. Vinu vero eo qd liquor est sãguis. Et sic de mistico. sicut ex multis vuis exprimitur vinum. & sicut ex multis grãis conficitur panis. sic nos multi vnũ corpus xpi mistici sumus. Tercõ qd bec spe cies ad conuersionẽ propter sui sinceritatẽ & mūdiciã est de centior. Quarto qd ad figuram veteris sacrificij melchise dech vicinior. Quinto qd ad comparatiõem domicae similioz

Dñs enī nunc se viti nūc panis: nūc grano frumēti cōpara/
uit Itē dubitatur quare laycis nō datur sub vtraq; specie
Respondetur q̄ olim in primitia ecclesia omnibus xp̄ifide/
libus dabatur sanguis cū xp̄i corpe. sed postea sancta deter/
minante ecclesia ⁊ dicante nō datur p̄pter tris P̄rio vt tol/
leretur erroris materia. quia insurrexerūt quidā heretici di/
centes xp̄z n̄ sub vna specie totū s; mediū: ⁊ in altera simi/
liter mediū cōrmeti. vt ergo iste error tolleretur statuit ec/
clesia tantū sub vna specie corpus ⁊ sanguinē xp̄ifidelibus
dari. Secundo vt evitentur pericula. Nā sanguinē xp̄i tra/
ctare multum periculosū est eo q̄ partes ipsius sūt natura/
liter fluxibiles que leniter ab indispositis rusticis effūderē/
tur. quod de corpore xp̄i nō ita cito contingit. idco soli sa/
cerdotes sanguinē sumūt in quibus maxima discretō ⁊ cau/
tela debet esse. Tercio vt veritas correspondeat vmbre. q̄a
in lege nichil bibebāt etiam offerentes de libamine. Sequi/
tur. Accepit panē in sanctas ac venerabiles man⁹ suas. In
quo denotatur q̄ hoc sacramentū non nisi mūdīs manib⁹
non viciatis sed cōsecratis debet reuerenter ⁊ venerabiliter
tractari. Nū alexander papa de con. dis. ij. Nichil maius es/
se potest q̄ corpus ⁊ sanguis xp̄i: nec vlla oblatio hac poti/
or est. sed omnes hec p̄cellit que dño pura cōscientia offe/
renda est ⁊ pura mēte sumēda atq; ab omnibus veneranda.
Et sicut ceteris est potior ita potius extolli ⁊ venerari de/
bet. Ex quo statim habetur: q̄ solus sacerdos habet hoc sa/
cramentū conficere. Vbi sciendū q̄ quatuor requirūt ad
cōficiendū eucharistiā. Vnde versus. Verbum materies in/
tentio sensus ⁊ ordo. Cōueniunt xp̄i vt corpus cōficiatur.
Primo requiritur puritas materie: q̄ de tritico puro debz
esse hostia. quia dñs grano frumēti se cōparat. Et debet eē
azima vt supra. Nū etiā materia eucharistiē est duplex. vna
necessaria alia debita. Materia necessaria est panis frumē/
ti. quia sine illo nō potest fieri cōfectio. Materia vero de/
bita est q̄ iste panis sit azima. quia licet in fermētato pos/
set confici sicut ⁊ greci faciūt. hoc tamē s; cōsuetudinē
romane ecclesie fieri nō debet. Sed quare de hoc dictū ē su/
pra. Simile ē de materia calicis. q̄ qdā ē materia necessa/
ria. quedam debita. Materia necessaria est vinū. quia sine

cxlv
ipso non cōficiunt sanguis xp̄i. Materia vero debita q̄ aq̄
miscetur vino: cuius causa dicta est supra. Secundo requi/
ritur ordo sacerdotalis. Nū s; m̄ sanctū tho. sup. iij. sen. di.
iij. Sacerdos quātuncūq; malus sine exōicatus scismati/
cus sine hereticus cōficere potest. dūmodo seruat illa q̄ req̄/
runtur ad cōsecrationē: q̄uis mortaliter peccat: ⁊ irregula/
ritatem incurrit. Nec enī hoc sacramentū melius dicitur
p̄pter bonū sacerdotē: nec deterius p̄pter malū. quia nō in/
merito cōficiētis: sed in verbo cōficiunt saluatoris. Et sic
laycis quātuncūq; sanctus celebrando nichil ageret. Tercō
requiritur forma verborū. ⁊ est hec. Hoc est enī corp⁹ meū
Et est quinta pars principalis totius canonis in qua oratur pro refrigerio et gloria mortuorum. et constructum hanc sic. Etiam o domine memento id est miserere famulorum. quia id est famularum tuarum id est omnium tuorum fidelium et eorum qui precesserunt nos cum signo id est caractere fidei id est baptismatis. et dormiunt id est requiescunt in somno pacis. *De domine nos deprecamur id est petimus ut indulgeas id est retribuere digneris. spiritibus sanctis quibus hic oramus. et omnibus quiescentibus in christo id est qui in fide catholica decesserunt. locum refrigerii id est gaudij. lucis id est glorie et pacis eterne. Sententia est hec. Omnipotens deus nos etiam rogamus et petimus te suppliciter. ut miserando recorderis famulorum et famularum tuarum fidelium. qui cum signo fidei obdormierunt in somno pacis et petimus ut istis et omnibus fidelibus defunctis in christo locum indulgentie. locum lucis et locum refrigerii. et pacis perpetue largiaris per eundem christum dominum nostrum.* Nota primo quod hec conjunctio etiam connectit sequentia prime prece deprecans ut sit sensus. Etiam hoc petimus ut nos vivam gratia et celesti benedictione repleamur. etiam deprecamur te memento famulorum et famularum tuarum etc. vel quod ipse etiam respiciat primam commemorationem in qua oratum est pro vivis. Dicit ergo pia mater ecclesia sicut inno. non solum pro vivis. verum etiam pro defunctis ut eos deo patri sacre oblationis intercessione commendet. certissime credens quod ille sanguis preciosus qui per multos effusus est in remissionem peccatorum non solum ad salutem viventium effusus est verum etiam ad ablutionem et salutem valeat defunctorum. Ideoque in consilio statutum fuit. ut in omnibus missarum solennibus loco debito defunctorum memoria habeatur. iuxta illud beati aug. Non sunt pretermittere supplicationes pro spiritibus mortuorum et quia aliqui defuncti amici parentes. cognati. qui supplicationes pro eis effunderent ergo et pia mater id est tota ecclesia omnes defunctos sub generali commemoratione suscipit. tacitisque eis nominibus exhibet commemorationes. Non enim pretermissa est dies in qua quilibet catholicus non habeat specialem memoriam defunctorum. quia si defuncti

sunt in purgatorio. Ibi sunt tanquam captivi qui in nullo sibi ipsis
possunt suffragari. sed solum ipsis subveniri potest per fideles vel
nos qui adhuc sunt in statu merendi. Post hanc enim vitam nec me-
reri nec demereri valemus. sed solum recipimus premium pro me-
ritis vel supplicium pro demeritis. Si vero anime defunctorum sunt in
celis. oratio pro eis a nobis effusa in sinum nostrum convertetur. Et
iam si sunt in purgatorio adhuc oratio subvenit oranti. quia operum pie-
tatis exercet. Dicit enim doctor quod qui pro amico unum psal-
mum vel unum pater noster cum devotioe legerit. plus enim consolatur
quam in hac vita dum viveret si eidem mille marcas contulisset. Qui
enim pro defuncto orat multum apud deum meretur. iuxta illud.
Qui pro alio orat. seipsum liberat. Nota circa litteram dicitur pro
mo memeto. Deo dicitur memorari illorum quorum miseretur. et
quos sua gratia visitat. Sic ergo petit sacerdos ut deus memo-
retur illos defunctorum sicut est ut eis misereatur. per suam gratiam eos con-
solando et visitando. Sed nota rubrica ponit hic fit commemoratio
defunctorum. Est igitur sciendum quod sacerdos in hoc loco quo-
rum maluerit debet agere memoriam specialem. Pro enim debet
orare et memoriam habere patris et matris si defuncti sunt: po-
stea pro cognatis fratribus et sororibus defunctis. postea come-
moratorem illi a quo beneficium accepit ecclesiasticum si habet et
pro omnibus benefactoribus pro quibus specialiter orare tenet si
obierunt. Post hoc pro omnibus sibi commissis et primo viros.
postea mulieres meretur habere. Nec tamen nomina eorum recitet ore
tenens. sed in corde memoris et cordatenus renouat. Prohibetur
enim est ne alienis in collectis missis merito nominentur et ore-
tenus fiat qui pro se vel pro suis missam copat. ne ex hoc presump-
tio avaricie sacerdotis fallat. Similiter et in canone canendum
est ne merito illorum pro quibus orare vult. nominando vel legendo
fiat ne forte sacerdotis vox eorum sic prope astantium aures ta-
gat et conscientiam ipsorum frangat. sed solum eorum memoriam habeat in
corde expedite. non nimis prolixo nec nimis celeriter: nec cir-
cumspecte tedium pariant. Sequitur quod nos precesserunt cum signo fi-
dei. Per signum fidei intelligitur caracter baptismalis. qui anime
in baptismo imprimitur per quem fideles ab infidelibus discernun-
tur. Iuxta illud apoc. vii. Audini numerum signatorum centum
quadraginta quatuor milia signati. ex omni tribu filiorum israel Et dicitur
notate quod nos precesserunt cum signo fidei. et ergo non debet

notate. hinc

per signum fidei fides intelligitur. quia in futuro seculo et in alia vita
cessabit fides et spes. quia fidei que habetur in presenti vita suc-
cedit visio in futura vita. et spei succedit res sperata. et ergo di-
cit innocentius. Non est estimandum quod ibi sit fides et spes. sed po-
tius ibi est clara visio et res sperata. Nam fides enacuat. caritas
autem nunquam excidet. vel facilius et planius. Ibi precesserunt cum
signo fidei. de quibus apparuit cum vixerunt quod essent veri christiani.
de quibus non est desperandum sed incessanter orandum. et maxime
pro ipsis qui dormiunt in somno pacis id est qui credunt obijisse
se in pace conscientie et pectoris mortui sine peccato morta-
li. Est advertendum quod in hijs verbis notatur per quibus defunctis
est orandum. Pro his tantundem quos meritum fidei comen-
dat. de quibus est spes ut eis proficiat oblatio salutaris. His namque
quos judaica cecitas vel error paganismi aut heretica
pravitatis a sorte beatorum separavit: virtus sacramenti. gratia misere-
tionis. oratio sacerdotis. salutis oblatio. non congruit nec proficit. Qui
enim extra fidem discesserit iam iudicatus est. Qui non credit in filium
per his neque orandum. quemadmodum dicit canonica epistola. est pecca-
tum ad mortem. per quo dico nec orandum quia oratio per tali facta est
temeraria. sicut voce divina samuel redarguitur instruitur.
Quid clamas ad me per saul. cum ego abjecerim eum tanquam rep-
batum. Sacerdos etiam pro talibus orans sacrilegus efficitur.
etiam illis qui decesserunt in peccato mortali non aliquid salu-
tatis oblatio vel oratio prodest. Nec pro istis qui sunt in inferno in-
feriori est orandum. quia ibi nulla est redemptio id est pro his quos
pro certo scimus esse damnatos. quia dicit augustinus. Si sci-
tem patrem meum esse in inferno. non plus orare pro eo quam pro
dyabolo id est ita modicum prodest ei sicut dyabolo. Orandum
est ergo pro istis fidelibus defunctis qui dormiunt in somno pa-
cis id est qui nulla heresi. vel discordia. vel impenitentia a bo-
no unitatis ecclesie sunt disgregati. licet forte aliqua crema-
lia vel purganda seculum de hoc mundo tulerunt. Sed diceret
quomodo ergo possum scire an penes aut amici damnati sunt
vel no. an in peccato mortali decesserunt vel no. Facio igitur fru-
stra orationes vel no. Posito quod sunt damnati. Respondet quod ob hoc
non est desistendum ab oratione pro defunctis. quia sicut dicit. b.
aug. Sacrificia altaris sine quecumque offeruntur a vivis pro de-
functis valde bonis id est salvatis sunt gratiarum actiones. pro non

valde malis id est pro istis qui in purgatorio sunt expiationes
et propiciationes sunt. pro valde malis vero id est pro damnatis. et si
nulla sunt adiumenta mortuorum. sunt tamen solacia viuentium
profunt spiritibus facientibus. Ex quo clare habet quod oratio fide-
lium pro defunctis nichil prodest damnatis. sed tantum istis qui
sunt in purgatorio. quia isti sunt in gratia et spe pueniendi ad glo-
riam. etiam nichil conferunt istis qui sunt saluati. quia non indigent. In-
furia enim facit martiri qui orat pro martire. ut dicitur de cele-
misse ca. cum martire. Ex his dicitur patet quod illi errant qui dicunt
quod bonum opus meritorium factum pro damnato sibi prodest ad
minutionem pene. Et quod hoc ita sit probatur quia si opus tanti boni
meriti auferret tantam partem pene tunc duplicatam auferret
partem pene. et sic opus meritorium posset esse tanti meriti quod aufer-
ret totam penam. et hoc supposito quod pena inferni sit finita exte-
sine. licet nulli dubium sit quin sit infinita interesse. Item sequi-
tur quod isti errant qui dicunt quod opera meritoria pro damnato facta
profunt ad hoc damnato quod deest ei fortitudo ad facilius susti-
nendum penam. Et datur exemplum in portante aliquod po-
dus grane. si aliquis veniret et refrigeraret ipsum per aquam fri-
gidam. proiciendo sibi aquam frigidam infra oculos eius utriusque
eum refrigeraret licet adhuc non deponeret pondus. Contra
hoc instat sicut prius. si opus bonum tanti meriti daret si-
bi tantam fortitudinem ad sustinendum. ergo opus maioris
meriti daret ei maiorem fortitudinem. et sic multiplicatio semper
opera meritoria tandem damnato conferret tantam fortitudinem quod
etiam penam partem vel nichil sentiret. Dubitatur quare sacer-
dos vocat mortuos dormientes. Respondetur primo: Frequenter enim
defunctos sacra scriptura dormientes appellat. pro eo quod sicut
dormientes euigilant. ita mortui resurgent. Et propter hoc dicit
apostolus ad thesalos. iij. Nolo vos ignorare de dormientibus
et cetera. Et dominus dixit. lazarus amicus noster dormit. et ideo propter
certam spem resurrectionis defunctos dormientes vocat. Subiungit
Ipsius et omnibus in christo descendentibus id est fide et caritate christi in-
formatis defunctis non dum plene purgatis. qui decesserunt cum
peccatis venialibus. vel solum cum reatu pene pro peccato sequi-
tur locum refrigerii. Nota quod purgatorium est locus purgationis in
cedit. est locus obscurantis ergasculi. et est locus conflictus pugnan-
tis. Est enim locus cruciantis iucundus. contra quod petimus locum re-

frigerii. in quo non est ardor ignis. Secundo purgatorium est lo-
cus obscurantis ergasculi. eo quod sunt ibi tenebre palpabi-
les: contra quod petimus locum lucis in quo non est obscuritas
tenebrarum. Tertio purgatorium est locus ipsius conflictus pug-
nantis. eo quod ibi est morsus conscientie sine conflictus penarum
contra hoc petimus locum pacis: in quo non est conflictus pena-
rum. De hoc loco pacis dicitur propheta In pace in idipsum dormi-
am et requiescam. Et alibi. In pace factus est locus eius. Nam
absterget deus omnem lacrimam ab oculis sanctorum. et iam non e-
rit amplius neque luctus neque clamor: neque ullus dolor: neque
cadet super illos sol: neque estis quonia priora transierunt.
apoc. viij. Sed delectabuntur in multitudine pacis et placebunt
coram domino in lumine viuentium. Nota quod quatuor sunt suffra-
gia quibus iuuantur anime defunctorum in purgatorio existentes.
ut a penis et a peccatis soluantur. scilicet oblatio sacramenti in mis-
sa. aut precibus sanctorum. aut elemosinis carorum. aut ieiunio
cognatorum siue amicorum. Primo modo iuuantur per interven-
tionem capituli nostri. scilicet christi in missarum oblationibus. Secundo modo
per intercessionem priuam membrorum christi. scilicet per sanctorum orationem
Tercio modo per redemptionem a pena. scilicet per largitionem elemo-
sinarum. Quarto modo per modum solutionis siue remissionis pe-
ne. scilicet per ieiuniorum afflictionem. Ad illos quatuor modos omnes
alij reducuntur. vnde versus. Quis precibus dona: ieiunia qua-
tuor ista. Absoluunt animas quas purgans detinet ignis.
Queritur tamen que illorum suffragiorum sunt meliora. Respondetur quod
melius est opus caritatis quod immediate in deum dirigitur
plus quam in hominem. ideo primi duo modi. qui immediate diriguntur
in deum meliores sunt: quam ultimi duo modi nisi per accidens. Ele-
mosina enim quicquid est melior inquam impetrat et percutat orationes.
Et melius est opus caritatis communis: quam specialis et
priuate. Ideo melius est suffragium misse quam orationis ymo mis-
sa inter omnia opera meritoria est optimum: quia ibi concurrunt
duo. scilicet actus caritatis: et oblatio christi. Et iterum Quis bonum
quod communis: de tanto diuinius et melius. ideo elemosina
melior est ieiunio. Etiam quia elemosina est actus virtutis no-
bilioris quam ieiunium: eo quod elemosina est actus misericordie. iei-
unium autem est actus temperantie. sed misericordia melior est
temperantia.

Dobis quoque peccatoribus famulis et famulab⁹ tuis
de multitudine miserationum tuarum sperantibus: preter
aliquam et societatem donare digneris cum tuis sanctis a/
postolis et martiribus. cum Jobanne. stephano. martha. bar/
naba. ignatio. alexandro. marcellino. petro. felicitate. perpe/
tua. agata. lucia. agnere. cecilia. anastasia. et cum omnibus sanctis
tuis. intra quorum nos consortium non estimator meriti sed venie
quesumus largitor admitte. per christum dominum nostrum. Per quem
hec omnia domine semper bona creas sancti ficas vivifi cas be/
nedi cis et prestatas nobis. per ipsum et cum ipso et in ipso est tibi
deo patri omnipotenti in unitate spiritus sancti omnis honor et glo/
ria. Per omnia secula seculorum.

Ec est secunda pericula quite preter principalis ipsi⁹ ca/
nonis. In qua oratio secundario iterat per vivis. Secundo
fit comendatio sanctorum. Et constructa littera sit. spiritus omnipotens de
us. tu digneris dare. id est concedere nobis peccatoribus. famulis
et famulab⁹. id est fidelibus tuis. sperantibus de multitudine id est de
immensitate tuarum miserationum. id est tue misericordie: aliquam
partem et societatem. id est consortium. cum tuis sanctis apostolis et martiri
bus. id est cum Jobanne stephano martha et ceteris. et cum omnibus
sanctis tuis. largitor: nos quesumus admitte id est adiuuge
nos. intra consortium. id est societatem. quorum. id est sanctorum tuorum. non esti
mator meriti. id est non secundum exigentiam nostri meriti: sed venie
largitor. id est secundum exigentiam tue misericordie. per christum dominum no/
strum. Per quem. id est christum. supple tu deus creas. supple quantum
ad substantiam sanctificas: supple secundum causas sacramentales.
vivificas. supple restaurando nobis vitam spiritualem. benedi/
cis supple multiplicando nobis. per hec bona gratie. et prestatas
id est concedis nobis. hec omnia supple dona. semper bona. per ipsum. id est
christum. et cum ipso. et in ipso. est tibi deo patri omnipotenti. et hoc in
unitate supple essentie spiritus sancti: omnis honor et gloria. per omnia
secula seculorum. id est eternaliter. Sententia omnipotens deus: qui
non es estimator meriti sed largitor venie: digneris nos asso
ciare sanctis tuis. et aliquam partem beatitudinis cum istis sanctis tu
is. id est Jobanne stephano et ceteris. et cum omnibus sanctis tuis. digne
ris nobis peccatoribus. de misericordia tua sperantibus dare
per christum dominum nostrum. Per quem hec dona bona creas. sanctificas
vivificas. benedicis et prestatas nobis. per ipsum et cum ipso et in ipso

217
est tibi deo patri omnipotenti: in unitate spiritus sancti: omnis honor et
gloria: per omnia secula seculorum. Nota primo. Sacerdos secu
dario orans per vivis: primo dicit specialiter nobis: quia sicut
sepe supra dictum est. sacerdos non solum pro se sed pro tota eccle
sia orat. non in persona sui sed in persona circumstantium et totius ec
clesie sacrificat. ergo dicit nobis. Sequitur peccatoribus. Nos
peccatores pronunciat. quia si dixerim⁹ quod peccatum non habemus
nosmetipsos seducimus et veritas in nobis non est. id est Joba. 1.
Licet enim omni tempore debeamus nos ex toto recognosce
re peccatores: tamen precipue in sacrificio missae. cum in remissio
nem peccatorum hoc sacrosantum misterium celebratur. Subdit
de multitudine miserationum tuarum sperantibus. unde psalmus. Secundum
multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Dicitur
aliquis. quare dicitur miserationum tuarum: cum tantum una sit
misericordia dei. Tibi respondetur. quod tantum una est dei misericor
dia: cum nihil aliud sit misericordia dei quam deus misericors:
sed multi sunt effectus qui miserationes dicuntur. unde psalmus. Re/
miserere miserationum tuarum domine. Subditur. Partem aliquam.
Dubitatur cum deus sit omnia in omnibus salus et gloria singulorum
quid est quod dicitur. partem aliquam donare digneris. tanquam
non omnes electi essent unum denarium accepturi. Respondetur
secundum Inno. Licet unum et idem est premium singulorum quo ad ob
iectum. id est ipse deus in cuius visione et cognitione eterna salus
consistit. secundum quod dominus per se dicit in evangelio. hec est autem vita
eterna: ut cognoscant te verum deum et quem misisti iesum christum.
Joba. xvij. tamen secundum differentiam meritorum alij plus. alij mi
nus divina visione fruuntur. Nam sicut stella differt a stella
in claritate. id est ad cor. xv. sic est differentia in beatis in cla
ra dei visione. Nam et in revelatione danielis alij beati com
parantur stellis: alij firmamento. Fulgebunt inquit docti
quasi splendor firmamenti. dan. xij. propter quod dominus dicebat
In domo patris mei mansiones multe sunt Sicut enim est unum
sol et unum lumen quod participat universi. alij plus alij minus
secundum differentiam intuitum. sic et unus deus est premium singu
lorum. quem alij clarius alij minus clare videt et cognoscit: se/
cundum quod maius vel minus lumen glorie habent. Tamen eadem
est beatitudo obiectualis. quam non sit eadem formalis. que est
maior et minor in beatis. Et ideo sacerdos petit nobis ali/

quam partem dari cum beatis ut simus princeps istius clare visionis dei. non quod per partes vel praeibiter videatur a beatis. sed quod clarius et minus clare intuetur. Sequitur. cum iohanne. In ista commemoratione sanctorum ex parte magna supplentur sancti. qui deesse videbantur in prima commemoratione. Sed dubium est. Quare iohannes reperitur. et stephanus promittitur mattheo et barnabe. Respondet Inno. quod iohannes ponitur in prima commemoratione cum ceteris propter dignitatem apostolatus. In hac autem commemoratione reperitur et stephano sociatur propter privilegium celibatus. id est virginitatis. Iohannes enim et stephanus virgines sunt. et sequuntur agnum quocumque ierit. Idcirco etiam ceteris promittuntur. Virginitas enim iohannis exinde maxime commendatur. quia Christus matrem virginem discipulo virgini commendavit. Virginitas stephani ex hoc commendatur. quia deputatus erat ab apostolis ad ministerium viduarum actu. vi. Et in hoc quod factus est propositus viduarum testimonium meruit sincerissime confitatis. Et dicit Inno. quod possit non iohannes evangelista sed iohannes baptista intelligi si non promitteretur cum tuis sanctis apostolis et martiribus. Non convincitur. quod tantum apostoli et martires notentur. Posset etiam iohannes baptista apostolus et martir intelligi. Apostolus enim grece: latine missus dicitur. Non legitur de sancto iohanne. Fuit homo missus a deo etc. Ipse etiam martir extitit. quia pro defensione iusticie decollatus fuit. Alii tamen dicunt non posse iohannem baptistam hic intelligi. quia hoc sacramentum non accepit nec tractavit. Alii dicunt quod intelligitur marcus qui fuit binominus. qui et uno nomine vocabatur iohannes. Sequitur. Barnaba qui fuit coapostolus pauli. cuius festum sicut et aliorum apostolorum celebratur quo ad officium. Ignatio qui fuit capellanus beate virginis marie. et tanto desiderio Christi passionem dilexit ut diceret. ignis crucis bestie ossium confractio. venarum divisio. venient in me pro Christo. Et ista verba semper in ore suo habuit. amor meus crucifixus est et cum fuisset exuteratus inuenta sunt hec verba aureis litteris scripta alexandro qui fuit papa sanctissimus a beato petro quintus. Marcellino et petro. quorum primus presbiter secundus exorcista pro Christi nomine decollati sunt. quorum aias vestibus albis et gemmis indutas: ab angelis in celum deferri speculator nomine dorotheus vidit. qui postmodum etiam Christianus factus in pace genuit

213
Tunc nominantur sancti de sexu muliebri sibi. felicitate. unde felicitas vidua et martir. fuit mater septem filiorum qui in conspectu eius martirizati sunt. et in unoquoque speciale martirium insinuasse intelligitur. et ipsa sanctis virginibus anteposita et preferitur. licet hoc forte ratione antiquitatis sit factum. ita quod privilegium virginitatis in hoc non derogetur. Tamen secundum augustinum in hoc loco datur intelligi. quod ferventes et vere penitentes. virgines tediosas et accidiosas in exercitiis divinis viventes precare conantur. Virginibus namque et martiribus et predictatoribus Christiane fidei: aureola celestis patrie reservat. Agatha virgo et martir sanctissima: cuius membra sunt amputata. Lucia virgo et martir: cui beata agatha apparuit dicens. lucia virgo soror mea: quid a me petis: quod ipsa continuo prestare poteris matri tue. que virgo suam matrem iduxit. ut omnia sua bona distribueret pauperibus. et matrem a fluxu sanguinis curavit. Agnes virgo et martir: que ingressa turpitudinis locum: angelum domini preparatum invenit: que apparuit matri et ceteris amicis: circa sepulcrum suum fientibus: octava die post passionem suam stans in choro virginum dicens. Cum his omnibus lucidas sedes accepi. Cecilia virgo romana nobilis: que suum sponsum convertit et angelum tiburcio demonstravit. Anastasia de cetu viduali que pavit beatum crisogonum: et in die natiuitatis domini obcubuit. Sequitur. Intra quorum nos consortium non estimator meriti etc. ubi notatur clemencia dei. quasi sacerdos dicat. Hanc partem et societatem cum sanctis tuis non perimus. quasi confisi de nostris meritis. quia tu non estimas merita nostra. nec remuneras secundum ista. sed es largitor venie et misericordie. Et ergo dicit Inno. Tu non es estimator meriti. quia non secundum exigentiam meritorum tribuis: sed vel magis retribuendo vel minus puniendo quam quisque meruit. Ipse enim est pius et misericors dominus: remunerans ultra condignum dicitur etiam largitor venie. Tanta enim est habundantia divine misericordie: ut vincit qualicumque malicia non potest. Non david. homines et iumenta salvabis domine. hominum nomine: vitam et mores rationabiliter vivendum volens intelligi. Iumentorum vero nomine bestialium exprimes conversationem. Et ideo misericordie domini multe Beati ergo homines qui confidunt in eo potius quam in proprio merito quoniam non in pluribus: sed in his solis beneplacitum

dei. Nota ista pars nobis quoque peccatoribus profertur cum
elevatione vocis et concussione pectoris. Per quod representat
confessio et contritio latronis in ipso domine passionis articulo
inreparatis alteri et dicentis. Nos digna factis recipimus. hic
vero nil mali gessit. Et dicebat ad Iesum Memeto mei domine
cum veneris in regnum tuum. Vel per exaltationem vocis et percus-
sionem pectoris exprimitur illud quod centurio et qui erant
cum eo: visis his que fiebant timuerunt valde dicentes. Vere fi-
lius dei erat iste. Et omnis turba eorum qui simul aderat ad spe-
ctaculum istud percutientes pectora sua reuertebant. Luce xxij
Per Christum dominum nostrum. Per que hec omnia etc. Dicit hec omnia
scilicet panem et vinum et aquam vel hec omnia bona sacramentalia creata
Nam per ipsum omnia facta sunt. et sine ipso factum est nichil. Et
dicitur hec semper bona ratione creationis. Nam vidit deus cuncta
que fecerat et erant valde bona generis. Et etiam ista. scilicet corpus
et sanguis Christi sunt semper bona ratione collationis. quia conferunt
bona gratie et glorie. Etiam dicuntur bona ratione istius: quia
iste cibus spiritualis non valet nisi bonis. Unde poeta. Egris
atque sanis: est sana refectio panis Sed domini panis: non est sanus
nisi sanis. Non dominus. Nisi manducaueritis carnem filii hominis et
biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Nota
hec dona et data sunt bona secundum omnem speciem boni. Sunt enim
bona utilia ad reformationem labentis vite spiritualis. Sunt etiam
bona honesta ad memoranda et gratificanda dona salutis. Non
dominus hoc iustitiam aiebat. Hoc facite in meam commemora-
tionem. Sunt etiam bona delectabilia ad promotionem summe et in-
time deuotionis. Unde psalmus. Cantate in voce eorum qui diuinis be-
neficijs memoratis delectantur. Delectasti inquit me domi-
ne in factura tua. et in opibus manuum tuarum exultabo. Sub-
iungitur. Creas. Super quo dicit Inno. Creas condendo na-
turam. Sanctificas consecrando facturam. viuificas transsub-
stantiando creaturam. benedicis accumulando gratias. Hec enim
omnia bona creas secundum causas primordiales. sanctificas secundum cau-
sas sacramentales. viuificas ut transeant in corpus et sanguinem
benedicis ut conferant caritatem et unitatem. Vel sic. Creas quan-
tum ad substantiam panis et vini que ibi fuerunt. sanctificas conuer-
tendo in carnem et sanguinem Christi. viuificas restaurando nobis
vitam spiritalem. benedicis multiplicando per hec nobis bona gratie

et prestas nobis quantum ad usum spiritualis cibi et potus. Vel sic
Sanctificas. id est gratiam et virtutem das his rebus ut digne reci-
piens ab eis sanctificetur. Viuificas. id est vitam confers: ut
homo ea recipiens moribus et virtutibus viuificetur. Bene-
dicis. id est istis rebus benedictionem largiris ut qui digne sumit
a te in celesti patria benedicatur. iuxta illud. Venite bene-
dicti patris mei. Ibi in prolatione illorum verborum. scilicet sanctificas
viuificas. benedicis. formantur tres cruces. quid designant.
Aliqui sic plane dicunt quod ille tres cruces designat quod omnia cre-
ata et recreata. sanctificant viuificant benedicunt: in virtute cruci-
fixionis Christi. Alij dicunt ut Inno. quod ille tres cruces que sunt
super calicem cooptum fiunt ad recolendam crucifixionem Christi. ho-
ra tertia esse factam linguas Iudeorum ter clamatum crucifi-
ge etc. Et hora sexta manibus gentiliu. Et hora nona comple-
tione. cum in cruce inclinato capite tradidit spiritum. Quia ergo
crucifixio Christi facta est et consummata per spatium trium horarum ut di-
ctum est. Idcirco fiunt tres cruces. Post hoc diaconus aut sa-
cerdos met discooperit calicem. deponendo corporale cum dicit. et
prestas nobis. Dubitatur quare calix et sanguis cooperit
corporali: et hostia non. huius multiplex est causa. Una litte-
ralis. et est ista. quod hoc fit propter periculum: ne puluis aut mus-
ca in calicem cadat. Et hostia non tegitur. quia immundicie et
cetera ab hostia sine periculo possunt remoueri. quod non potest
fieri de sanguine. Secunda causa quia calix sepe sumitur pro
passione. Idcirco passio et mors Christi magis figuratur in cali-
ce quam in hostia. Idcirco mortuus et passus cooptus fuit lapi-
dibus: et ita calix corporali tegitur. Tercia causa. quia san-
guis in calice representat corpus Christi in sepulchro positum: syndo-
ne inuolutum. et hostia. id est corpus Christi positum extra sepulchrum. Igitur
tunc etc. hec rationale. Sequitur. Per ipsum tanquam per mediatorum
cum ipso tanquam cum equali. in ipso tanquam consubstantiali. In pa-
tre quippe notatur auctoritas. in filio equalitas. in spiritu sancto
comunitas. Auctoritas in patre propter principium. equali-
tas in filio propter medium. comunitas in spiritu sancto propter con-
sortium. Nota omnis honor exhibetur a creaturis patri et spiritu
sancto per filium. per quem mundus creauit et hominum lapsum repara-
uit. Et cum hoc exhibetur ipsi filio: quia talis honor debetur fi-
lio. qui debetur spiritui sancto: et patri in filio. quia pater bono

rificatur in filio. eo quod qui honorificat filium honorificat pa-
trem qui misit illum. Et quia per misterium redemptionis gene-
ris humani: totius trinitatis maiestas gratiosus apparuit.
Ideo tres sunt cruce cum hostia super calicem nudus. Et post
ea cum dicitur. Tibi deo patri omnipotenti etc. extra calicem
vel circa calicem sunt due cruce. vel secundum consuetudinem aliqua-
rum ecclesiarum una sola. Due sunt ad designandum quod toti trini-
tati honor et gloria est infra istum mundum inferiorum. et extra
istum mundum in mundo superiori: propter passionem et elevationem
christi in cruce. Inno. dicit. quod iste tres cruce facit super calicem
designat crucifixionem christi factam manibus gentium. per inter-
vallum trium horarum factam: cum milites crucifixerunt christum. Vel
secundum ipsum subtilius et profundius. Tres cruce iste signat tres
cruciatos quos christus in cruce sustinuit. videlicet passionem
pro passionem et compassionem. Passionem in corpore. pro passionem in me-
te. compassionem in corde. De passione corporis ait dominus per prophetas
vos omnes qui transitis per viam: attendite et videte si est dolor
similis sicut dolor meus. Et david. Foderunt manus meas et pe-
des meos. De pro passionem mentis. dixit dominus apostolis. Tristis est
anima mea usque ad mortem. Cepit enim ihesus parere et redere
et mestus esse. Et pro passionem cordis per persecutoribus et cruci-
fixibus orabat dicens. Pater ignosce illis quia nesciunt quod
faciunt. Et sacerdos facit has tres cruce super calicem. quia
christus sustinuit huiusmodi cruciatum in corpore in patibulo. Per
calicem enim domini passio designatur. dicente domino. Pater si fieri po-
test transeat a me calix iste. Due vero cruce que a latere
calicis sunt designant duo sacramenta que de latere domini proflu-
erunt. videlicet aqua regenerationis. et sanguis redemptionis
iuxta testimonium iobis dicentis. Unus militum lateris eius lan-
cea aperuit. et continuo exiit sanguis et aqua. Vel ut in alio
loco Inno. dicit quod iste due cruce sunt in ore calicis. et de-
signant divisionem corporis et anime in morte christi. In christo enim
sunt tres substantie. corpus anima et deitas. Due tamen. scilicet
corpus et anima: in morte fuerunt divise. divinitas vero a neu-
tra est separata. et ideo sunt ibi tantum due cruce. Alij illas
duas cruce reducunt ad unam. scilicet a summitate calicis cruce ad
se deorsum trahendo. faciunt per quod unica mors christi designa-
tur. eo quod christus semel mortuus est. et mors illi ultra non dominabitur

Et quod sic reducunt a summitate usque ad se dicit quod designatur
quod anima christi a corpore separata descendit ad inferos. ad genus hu-
manum redimendum. in virtute sue passionis et crucis. et alij
in fine istorum signorum tangunt calicem cum hostia. per quod percussio
lateris christi cum lancea militis designat. Et nichil nocet illa di-
versa consuetudo. dummodo servet unitas caritatis. Remotio et
depositio corporalis de calice significat quod velum templi scissum est
a summo usque deorsum. vel significat quod illud quod de ipso scrip-
tum fuerat. erat hactenus clausum sicut dicit de quibusdam quod erat
verbum illud absconditum ab eis tunc vero revelatum est. Postea sa-
cerdos aliter facit orationes. ut populus respondeat amen. Dicens per omnia
secula seculorum. Et secundum Inno. designat illud quod christus magna
voce clamando emisit spiritum. Etiam secundum alios ut ostendat quod hic
est finis canonis et quia ihesus alta voce clamabat. pater in ma-
nus tuas commendo spiritum meum sacerdos profatur orationes et dominice orationis
ne alta voce pronunciat.

Remus preceptis salutaribus moniti et divina institu-
tione formati audemus dicere.

In ista parte agit de consecratorum digna precepto. Et divi-
ditur in quinque preceptis. Primum premitit dominice orationes cum eius
profatur per quam fideles ad preceptos huius sacramenti disponunt.
et quodammodo sacrificant. Secundo ponit embolismum dominice orationis
Tercio ponunt verba que dicuntur quando fit fractio hostie. Quarto
ponitur oratio communionis. Quinto ponuntur orationes ad precep-
tos sacramenti preparantes. Secunda sibi libera nos quesumus. Ter-
cia sibi pax dominice. Quarta sibi hec sacrosancta. Quinta sibi domine
ihesu christe. Oratio dominice habet profatur vel lectores que constituitur sic
Oremus spiritus insinuat. nos moniti. id est instructi salutaribus pre-
ceptis. id est preceptis dominice nostri ihesu christi. aut salutaribus documē-
tis et formati. id est eruditi. divina institutione id est ex divina ordi-
natione quod debemus orare. audemus dicere id est audacter pro-
nunciare dominice orationes. Primum dicit oremus ubi sacerdos instigat
populum ad orandum dicens. Oremus ut sic adiuvante domino a mor-
te peccatorum resurgamus et in eandem iterum non cadamus quia christus
resurgens ex mortuis iam non moritur. Subiungit preceptis Ne sa-
cerdos una cum populo quasi ex precepto suorum auctoritate vi-
deat petere. premitit preceptis salutaribus moniti. Cum enim
discipuli rogassent dominum dicentes. Domine doce nos orare.

dñs aprens os suū dixit. sic orabit. Pat noster &c. Et plu
rima salutis monita circa orōez dabit. vt babeat matb. vj.
Tu autē cū oraueris intra cubiculū tuū. Et itez cū orau
eris nolite fieri sicut ypocrite tristes. q̄ amāt in sinagogis
& i angulis plateaz stātes orare. vt videātur ab hoīb⁹. Et
itez cū oraueritis nolite multa loq̄ sicut ethnici faciunt.
Nos igit̄ moniti istis salutarib⁹ p̄ceptis. & formati diuina
istitutōe q̄d & q̄re & q̄litez orare debem⁹. ex hoc tūc audem⁹
.i. audacter dicere poterim⁹ pater noster. Sz dubiū hic i
cidit. Cū monere & p̄cipere quodāmodo sūt cōtraria. eo q̄ p̄/
ceptū obligat monitio vero nō. quō ergo dicit̄ p̄ceptis salu
tarib⁹ moniti. Ad hoc rādet alexāder q̄ ista oratio ē dñj &
magistri. vñ job. xij. Nos vocatis me magister & dñe & bñ
dicitis. sū eteni. Et q̄ dñj ē p̄cipere. & magistri monere vt
igit̄ instruemur q̄ duplex eēt in xp̄o autoritas. scz dñj. &
magistri. idcirco dicit̄ p̄ceptis salutarib⁹ moniti. Cū sa
cerdos dicit p̄ oīa secula seculoz vna cū dyacono tūc astāte
& iunāte leuat calicē modicū de altari. & postea euz dicit p̄/
ceptis salutaribus moniti. deponit simul hostiā & calicem.
Altare enī significat crucē vt dicūt doctores. Et depositio
hostie & calicis designāt illud q̄d venit ioseph ab arimathea
& nicodemus. & impetrauerūt corpus xp̄i a pilato & leuaue
rūt de cruce deponentes in sepulcro. Et q̄ iudei aduolue
rūt lapidem ad hostiā monumenti. Ideo dyacon⁹ sup os ca
licis corporale reuoluit.

Pater noster q̄ es in celis sanctificet nomen tuū &c.
Sāctus grego. papa dñicam orōez sup hostiā in al
tari decantādā cēsūt. asserēs incōgruū esse vt supra
enkaristiam diceret orō quā scolasticus composuerat. & illa
omitteret quā dñs & magister ip̄e dictauerat. & quā apli cō/
sueuerūt dicere. Et cātat apud grecos a toto populo. apud
nos a solo sacerdote q̄ sacrificat in p̄sona populi. Mora illa
orō excellit oēs alias orōes multis ex causis. videlicz auto
ritate doctoris. breuitate sermonis. sufficiētia petitionū. se
cunditate misterioz. Autoritate doctoris q̄ ore saluatoris
edocēta & plara. os enī dñj locutū ē. Breuitate sermonis q̄
facile discit̄ & p̄fert. cū ergo oraris nolite multū loq̄ sic eth
nici faciūt. Sufficiētia petitionū quoniā i bis. vij. petitiōib⁹

orat̄ p̄ bonis adipiscēdis & p̄ malis amouendis. Pro bonis
temporalibus sp̄ialibus & eternis. p̄ malis p̄ntibus p̄teritis & fu
turis. Eterna petunt̄ in p̄miū cū dicit̄. Adueniat regnum
tuū. Sp̄ialia petunt̄ in meritū. Temporalia in sustentacu
lū. Preterita mala sunt dolenda. presentia vincēda. futura
p̄cauenda. Secūditate misterioz. quoniā immensa & vltra
modū cōtinet sacramēta. Pertrāsibūt enī plurimi & multi
plex erit scia. Scit enī dñs q̄d velimus. sz vult nos orare.
Pr̄o p̄ excitāda deuotōe. q̄ quod flatus carboni hoc facit
p̄nūciatio deuotōni. Secūdo p̄ alioz instructōe vt cortina
cortinā trahat. & q̄ audiat dicat eidem venio. q̄ luceat lux
vestra corā hoīb⁹. Tercio p̄ lingue obsequio vt q̄a lingua pec
cauimus lingua satisficiam⁹. vñ sicut exhibuistis membra
vrā iniqtati seruire ad iniqtatē. ita exhibeatis mēbra vrā
seruire iusticie i scificatōez. Quarto p̄ rei petēde obrinētia
& comemoratōe q̄ facili⁹ obrinet̄ quod instāt⁹ postulatuz
vñ petite & accipietis. Quinto p̄ rei impetrare custodia q̄
quod sepi⁹ req̄rit̄ diligētius custoditur dū iuenitur. vñ Te
ne quod habes ne alter accipiat coronā tuā. Hec orō q̄ p̄fe
ctissima & sufficiētissima ē diuiditur in exordiū tractatū. & cō
clusionē. In exordio benivolētia captatur cū dicitur pater
noster. In tractatu petitiōes ordinātuz cū subditur scificet
nomē tuū. In cōclusionē cōfirmatio petitoz optatur cū di
citur amē. Captatur enī p̄o benivolētia cū dicit̄ p̄ nō/
ster. vñ glo. matb. xj. Breuis captatio benivolētie p̄mittit̄
p̄ noster. Sz obicitur si i verbo captatur benivolentia sz
pat. & benivolētia captat̄ p̄ reuerētia. ergo magis debuit di
cere dñe q̄ pater. cū dñs magis sonat in reuerētiā. Rādet̄
q̄ vez ē q̄ dñs sonat in reuerētiā ei cui debet̄ timor. i hoc
ergo q̄d dicit pater & nō dñe dat fiduciā ipetrādi. q̄ pater di
cit reuerētiā amicabilē ei cui debet̄ amor. q̄ filij citius im
petrāt q̄ serui. vñ eriso. Nō dicit dñe sz pater vt cōfidam⁹
tanq̄ filij. & nō timeam⁹ tanq̄ serui ad ro. vij. Nō accipi
tis sp̄uz seruitutis itez i timore sz sp̄uz adoptōis filioz dei
in quo clamem⁹ abba pater. i. dei. Dicit̄ p̄o pat p̄pter ge
neralē p̄uidētiā. sap. vj. Equiter ē ei cura de omnib⁹. Item
gūaliter dicit̄ pater rōe creatōis vt deut. xxvij. Nūquid nō
ip̄e ē pater tu⁹ q̄ fecit & creauit te. sed specialiter ē pater in

stoz p filiale adoptōez adro. sup. **Nō accepistis** 1c. s3 singu-
lariter ē pater xpī p naturalē generatōez job. xx. **Ascēdo** ad
patrē meū. vñ iminēte passiōe ei⁹ orauit ad patrē dicēs. **Pa-**
ter si possibile ē trāseat a me calix iste. **Sequitur**. **Noster**. In
hoc q̄ dicit noster iuuitamur ad humilitatē. vt nemo se ex-
tollat de generis nobilitate malach. ij. **Quid nō ē** pater
oim nostrū. **Et ideo** dicit glo. math. xj. **Monēt** nobiles ⁊
diuites nō supbire cōtra minores. Non enī vere pūt dicere
pater noster nisi fratres sint. **Itē** iuuitamur ad mutuā dilec-
tōez gen. xij. **Dixit** abrahā ad loth. **Ne q̄so** sit iurgū int̄ te
⁊ me itēz pastores tuos ⁊ meos. fratres enī sum⁹. **Itē** iui-
tamur ad mutuū auxiliū. puer. xv. **Frat** adiuuat a fratre
Dicit ergo pater noster vt vnā oim nobilitatē oñdat. **Prū**
ē rōne p̄ie originis vt hoies inter se cōcordiaz habeant. ⁊ vt
sibi mutuū auxiliū exhibeāt. **S3 q̄rit** an peccator possit ve-
re dicere pater noster. **Rñdet** q̄ sic intelligēdo i spe p adop-
tōez i te vel p creatōez ⁊ p visionē. **Sequitur**. **Qui es** i celis
sp̄ corporalib⁹ p euidentiā nobilissimi effectus. non tñ ab eis
circūscriptibilis. **Nā effect⁹** sue potērie ⁊ sapiētie multū ap-
parēt i celis corporalibus. vel i hoc itēz captat orās benino-
lentiā allegādo dei sufficiētiā q̄ ip̄e ē i celis. vbi ē ois sufficiē-
tia. ⁊ oiz bonoz habūdāria. vel q̄ es i celis s3m gloriā mat.
vj. **Iustis** enī iustē p grām ⁊ beatis p gloriā. **In** hoc q̄ dicit
tur q̄ es i celis docemur celestia sp̄are. vt illic sp̄e nostraz
erigam⁹ vbi patrē habem⁹. vel si p celos intelligunt sancti
sic monet nos saluator. vt p scitate laboremus. vt merca-
mur fieri habitaculū ⁊ celū dei. **S3 dices** cū de⁹ sit vbiq̄
q̄re magis dicit eē i celis q̄ i alijs locis. **Rñdet** sicut aia i
tellectiua iū q̄libz pte corpis ē essentialit̄ tñ i vna magis i
alia min⁹ opat̄ ita de⁹ eq̄litez ē iū omi loco. tñ magis dicit
eē iū celo p tāto qz sibi magis apparēt ⁊ relucēt potētie ⁊
bonitatis effect⁹ sp̄i q̄ iū alio loco. **Si ergo** p principalita-
tem ej loc⁹ aliq̄s appriat. hoc erit vbi operatio ei⁹ magis
apparet sicut aia magis dicit eē iū cerebro vel iū corde q̄ i
alijs p̄ibus corpis. **In** celis aut̄ dicit ⁊ nō iū celo quasi iū
vno. qz sicut iū celo stellato eminetior ē eius effect⁹ t̄palis
ita ⁊ iū celo empireo manifest⁹ apparet eius act⁹ p̄peruus
Et abundantior est ejus opatō iū celo trinitatis. sicut sūt

147
seipm̄ intelligere. seipm̄ diligere. sicut dicit aug. xij. confes.
Sequitur **Sāctificet** nomen tuū id est sanctū habeat ⁊ glori-
ficet ab oibus. ⁊ p hoc p̄tinet ad gloriā dei. **In** ista pte or-
dinant̄ petitiones omē petibile continētes. vñ bñs aug. ad
pbaz virginē. **Si** recte cōuenientqz oram⁹ nichil dicere pos-
sum⁹ q̄ q̄s iū ista dñjca orōe positū ē. **Nā** iū hac orōe cōti-
nētur oia que desiderātur. inter omia desiderabilia illud p̄-
cipue desideratur quod plus amat ⁊ hoc est deus. ideo p̄io
petēda est gloria dei cum dicit̄ sanctificetur nomen tuū id
est vt nomen tuū sanctū habeat. honoret ⁊ glorificetur ab
hominibus. **A** deo aut̄ tria sūt desideranda que p̄tinet ad
te. **Prīmū** est vt venias ad vitam eternam ⁊ hoc petis cū
dicas. **Adueniat** regnū tuū. **Secūdū** est vt facias volūtātē
dei ⁊ vt iuste viuas. ⁊ hoc petis cū dicit̄ fiat volūtās tua.
Tercū ē vt habeas necessaria ad vitā. ⁊ hoc petis cū dicit̄
panē nostrū. **Et** de his dicit̄ math. vj. **Prīmū** q̄rite regnū
dei quo ad p̄mū. ⁊ iusticiā ei⁹ quo ad sc̄m. ⁊ hec oia adij-
cient vobis quo ad terciū. **Hec** p̄missa sūt a nobis desidera-
da. que aut̄ sūt fugienda seu vitāda sunt cōtraria bono. **Bo-**
nū aut̄ quod petit̄ desiderabile est quadruplex vt dicit̄ est.
Prīmū ē dei gloria. ⁊ huic nullū malū ē cōtrariū saltē p se
qz de bono ⁊ malo resultat gloria dei. de bono inq̄tum re-
munerat. de malo inq̄tum punit. vñ job. xxxv. **Quid** nocebis
ei si peccaueris. **Alia** hāc habet. si nequā fuerit. **Secūdū** bo-
nū est vita eterna. ⁊ huic cōtrariat̄ peccatū. qz p peccatū p-
dit̄ vita eterna. **Et** ideo ad remouēdū hoc dicim⁹. ⁊ dimit-
te nobis debita nrā. **Tercū** ē iusticia ⁊ iusta opa ⁊ huic cō-
trariat̄ rēptatio qz rēptatōes carnis mūdi ⁊ dyaboli nos i-
pēdiūt ⁊ detrahūt a iusticia ⁊ bonis opibus. **Et** ad hoc re-
mouēdū petim⁹. ⁊ ne nos iducas i rēptatōez. **Quartū** bo-
nū ē corporali vite necessariū. ⁊ huic cōtrariat̄ tribulatōes
āgustie necessitates ⁊ indigētie hui⁹ vite. ⁊ ista sūt malū pe-
ne ⁊ ad hoc remouēdū petim⁹ dicētes s3 libera nos a malo
vel alit̄ ⁊ redit̄ i dō. **Petit** p̄io vt nomē dei sāctificetur id
ē sanctū habeatur ab hoib⁹. vnde aug. in sermone dñi i mō-
te. **Cum** dicimus sanctificetur nomē tuū. nō hoc petimus
quasi nō sit sanctū nomē eius. cum scriptum sit. ⁊ sāctum
nomē ei⁹ sed vt sanctū ab hoib⁹ habeatur quod p̄tinet ad

gloriā dei. Ideo maxime et ante omnia petere debemus et de
siderare ut deus honoret et glorificet ab hominibus. vñ pphā.
Non nobis dñe nō nobis etc. Alio modo id est nomē sanctū
tuū nos sanctificet. ut glorificeris et lauderis a nobis. San
ctificet nomē tuū in corde p amorē p reuerentiā in ore p ef
ficiētiā in ope. Sedō petit vita eterna cuz dicit adueniat
regnū tuū. De hoc scribit matth. xxv. venite bñdicti patris
mei. percipite regnū Et merito vita beata cōpatur regno qz
sicut in regno tpali habetur necessariōz bonoz habūdātia.
sic in regno eterno habetur oim bonoz sufficiētia. Et cōue
niēter dicitur. adueniat regnū tuū. ideo qā nō possumus ad
deū venire et ad gloriā ipi nisi p dē vēiat ad nos p gra
tiā. vñ aug. Ille ad deū venit. quē deū preuenit. Adueniat
ergo regnū tuū. nō qz de nouo fiat. cū sempiternū sit szm
ppbetā. Regnū tuū regnū oim seculoz. sed adueniat regnū
tuū nobis. scz ut regnem⁹. vñ aug. ad pbam. Desideriū no
strū ad illud regnū excitam⁹. ut nobis veniat atqz i eo reg
nem⁹ et qā bonū glorie datur p bonū grē. ideo subditur ter
cia petitio. fiat volūtas tua. id ē ut volūtas nostri arbitrii
cōformetur p grām tuā tue volūtatē. vel fiat volūtas tua
id ē da nobis tuā grāz. ut et tuā volūtatē faciam⁹. Per gra
tiā enī dei fit volūtas dei i nobis et a nobis szm jero. volū
tas dei semp sit. scz bñplaciti. szm illud ysa. xlvi. Dis vo
lūtas mea fiat s3 oram⁹ ut libertas nostri arbitrii societ et
cōformetur p grām sue volūtatē. vel oram⁹ ut suis pceptis
obediam⁹. Qui ergo obedit pceptis dei facit volūtatē dei.
qā pceptio ē volūtas dei scz signū. Sequitur Sicut i celo et
i terra. id ē sicut a beatis fit volūtas tua. sic fiat etiā a no
bis hominibus hic i terra. vbi notādū qz beati qz sūt i celo sūt cō
iuncti immediate regule diuine ideo nō possūt deficere nec de
viare a diuina volūtatē. Et ideo nos qz sum⁹ i via qz nō su
m⁹ ita cōiuncti perimus ut diuina grā hoc suppleat tenēdo
volūtatē nostrā i cōformitate ad suā volūtatē i operibus
nostris sicut cōformatur illi qz sūt i celis. Hec petitio fiat
volūtas tua multū efficacē ē. qā p hāc petitionē bō se tota
liter subdit diuine volūtatē. vnde saluator imminēte suabe
nedicta passione legitur dixisse. Pat si nō pōt hic calix trāsfi
re a me nisi bibā illū. fiat volūtas tua mat. xxv. vñ et pphā

clm

orabat dicens. Doce me facere volūtatē tuā. Sequitur. Pa
nē nostrū quotidianū. i. vite necessaria: quo ad victū et ami
cūz: nobis quotidie tribuere digneris. Vel sic Panē nostrū
quotidianū da nobis. i. euaristiā nostrā. i. pro nobis obla
tā. quotidianū. i. quod offertur p nobis. da nobis spūali p
ticipatōe. Hodie. i. in via pntis vite hic ponitur quarta pe
titio. In qua petitur vite necessitas. nō supfluitas. non vo
luptas cū dicitur. Panē nrūz quotidianū. nō aliquod super
flūū. s3 quod ē nature necessariū. vñ eccle. xxix. Iniciū vite
boīs aqz et panis. Hic ergo qzto loco perim⁹ bonūz tpale ad
sustentatōem. Ecclesia ergo nō petit diuitias tpales nō ve
stes pcciosas: sed vite necessaria. Quā aplūs habētes alimēta
et quib⁹ regamur bis cōtēti sim⁹. i. ad thi. vii. Et iā salomō
Diuitias et paupertates ne dederis michi. s3 tantū victui meo
tribue necessaria. puer. iij. Quā ppter pphā dicebat. Diui
tie si affluāt. nolite cor apponere. Glosa. cor apponit qui di
uitias cōdit. qā thesaurus occultus: et sapiētia abscondita: qz
vtilitas in vtriusqz. eccle. xl. Qui autē ē in statu aliquo pōt
licite pecunias obseruare ut sibi et suis pvideat in futuro de
necessarijs. vel ad cultū dei. Panē nostrū. Addit nostrū s3 in
Criso. Quā queqz nobis dat deus. siue orātib⁹ siue laborā
tib⁹: nō solū nobis dat. s3 etiā alijs p nos dat ut de eo quod
accipim⁹ a deo patre: partē impotētibus et paupibus dem⁹
Panē nostrū quotidianū. i. quotidie necessariū. Ideo dicit
quotidianū. quia qz superflue viuūt: nō panē comedit quo
tidianū. sed multoz diez. Da. ideo dicit da. qā nec minimū
habere possum⁹ nisi tu des. Quā pphā Qui dat escā oi carni
Da nobis qui sum⁹ filij tui per regenerationēz baptisimi et
adoptionē hodie. i. in pnti. Vel hodie quia nescimus si i cra
stinum perueniamus. Potest etiam illa petitio intelligi de
pane sacramentali. per quē sustentamur spūaliter panē. s. eu
karistiā. ut supra dictū est. Sequitur. Et dimitte nobis de
bita nostra. Post petitionē boni conferēdi: subdit petitōes
mali auferēdi. In ista quāta petitionē: petitur malū aufer
ri: quod contrariatur vite eterne. et hoc est peccatū quod ex
cludit a vita eterna. Unde aplūs. i. ad cor. vi. Neqz forni
catij: neqz auari: neqz fures: neqz idolis seruientes: regnum
dei possidebūt. Et ad hoc pertinet ista petitio. dimitte no

bis debita nostra. i. peccata quib⁹ aīa obligatur ad penam.
Additur. Sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Hec
